Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

3,-181

DA BOX

LN 1259
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

1570

DE POENITENTIA ET DE IVSTIFICATIONE ADHORTATIO ET COMMONEFACTIO SCRIPTA

A

PETRO PALLADIO
Doctore Theologiæ &c.

dedic. FRID. II



VITEBERGAE

EXCVDEBAT PETRVS
SEITZ.

ANNO M. D. LVIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

INCLYTO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ac Domino Domino Friderico, Electo Regi Daniæ & Noruuegiæ Duci in Schleſuuik & Holſatia, Domino Ditmarſiæ, &c. Comiti in Oldenburg &c, Domino ſuo clementiſſimo.

ETSI manifeſtè refutant Epicureos multa illuſtria teſtimonia de Deo impreſſa toti rerum naturæ, ac præcipuè lucentes in humanis mentibus noticiæ numerorum, ordinis, & diſcriminis honeſtarum & turpium actionum, & uindex conſcientia, tamen ingens hominum multitudo uiuit in horrendis tenebris, indulgens ſuis cupiditatibus, nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

aſpiciens illa Dei ueſtigia naturæ impreſſa, nec quærens eius patefactiones aliis certis teſtimoniis traditas, ſuperbè etiam contemnens iudicium Dei, & deridens ueram Eccleſiam, quæ affirmat doctrinam de Deo in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis traditam ueram eſſe.

Quanquam autem illa contumelioſa iudicia magnum dolorem piis mentibus adferunt, tamen confirmemus animos aduerſus ea, petamus etiam ut Deus ipſe qui & fons eſt ſapientiæ, & ueritatem amat, fulgeat in nobis & accendat ueras noticias, & ſit robur in pectoribus noſtris, ne extinguantur agnitio & Inuocatio ipſius & Domini noſtri Ieſu Chriſti ad quam conditi ſumus.

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Cum igitut adfirmemus ueram eſſe doctrinam de Deo in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis & in Symbolis traditam, & fateamur nos eſſe membra Eccleſiæ & templa Dei, doctrinam illam ſtudioſe diſcamus, & ei obtemperemus.

Eſt autem ceu ſumma doctrinæ in Eccleſia, uel certe pars præcipua, doctrina de pœnitentia & de remiſſione peccatorum: Nam & de Iuſticia in Deo, & de immenſa bonitate concionatur, oſtendit iuſtum eſſe & uolentem iuſta, & horribilibus exemplis punientem omnium hominum iniuſticiam. Simul etiam oſtendit miſericordiam quæ recipit confugientes ad filium, quē

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

miſit, ne tota maſſa generis humani tantum ad interitum condita ſit. Sic igitur complexus eſt ipſe filius Dei ſummam doctrinæ ſuæ. Predicate in nomine meo, pœnitentiam & remiſſionem peccatorum. Et ipſe ſuas conciones ſic orditur, Agite pœnitentiam, & credite Euangelio.

Semper hæc uox ſonet in Ecclesia, quam quidem & ipſe filius Dei λόγος æterni Patris ſonat ad primos parentes lapſos. Arguit peccatum triſtiſſima querela. Quid feciſti ? quantum ærumnarum tibi, & poſteritati, quantam ſcelerum molem adfert hic tuus lapſus Iam tu ipſe mortis æternæ dolorib. extinctus eſſes, niſi immenſa miſericordia arca-

num

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

num decretum ex ſinu æterni Patris,de reſtitutione generis humani proferretur. Hic te λόγος iam ex morte retrahit. Additur ergo miranda promiſſio de Semine, quæ eſt conſolatio qua ex doloribus inferorum morituri parentes noſtri in uitam reuocantur.

Eandem concionem & Prophetæ repetunt, accuſant peccata, commemorant exempla pœnarum, ruinas regnorum & maximarum gentium interitus, aſſeuerant Deum horribiliter iraſci ſecuris,qui ſunt ſine ſenſu dolorum,quod ſpreto deo ruant in omnia ſcelera. Miſcent & dulciſſimam promiſſionem de Meſſia,propter quem affirmãt remitti peccata ijs qui ad eum confugi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

unt nec perſeuerant in ſceleribus contra conſcientiam.

Nequaquam enim prophetæ diuinitus miſſi fuerunt Antinomi, Nequaquam hoc uolebant, eos qui ſunt ſine ſenſu dolorum in peccatis, & ſunt ἀπηλγηκότες ut Paulus nominat, & perſeuerant in ſceleribus contra conſcientiam deo placere. Sed & deplorant ipſi generis humani miſerias, & ſunt typi dolorum Chriſti, & aſſidue hortantur alios ut peccata agnoſcant, & diſcant in ueris doloribus ad Filium Dei confugere.

Vtraq; doctrina in concionibus Propheticis ſæpiſſimè repetita eſt: Triſtiſſimæ accuſationes peccatorum, & dulciſſimæ conſolationes. Si fuerint inquit Eſaias,

ias,

ias, peccata ueſtra ut coccinum, & ut uermiculus, eritis candidi ſicut nix. Cum Dauid, Manaſſes exulant ingenti dolore lacerati ſunt, tanquam cruenti. His ipſis tamen peccata remittuntur & pœnæ mitigantur, ut rurſus ueſtiti iuſticia imputata propter Meſſiam, ſint candidiores niue. Nam cum coccinum et uermiculum nominat, ſignificat cruorem, coccus enim granum ſignificat certæ arboris, quod cum maturuit uertitur in uermiculum. Ex his uermiculis fit color coccineus, ut narrant Pauſanias & alij quidam Scriptores. Quid grauius dici poteſt de dolore, quam quod ait nos cruentos eſſe ſimiles colori uermiculi, ut certe ſumus in ueris doloribus. Quid dulcius ad conſolationem quàm quod ait

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

nos candore niui ſimiles fore ſa-
natis uulneribus, & deterſo cru-
ore, deleta culpa & mitigatis pœ-
nis. Hæc non in Dauide tan-
tum, ſed in multis conuerſis quo-
cunque tempore fiunt.

Nec ſunt prophetæ diuinitus
miſſi, ſimiles Manicheorū, Non
hoc uolunt, ut laxes frenos omni-
bus cupiditatibus, & expectes te
repugnantem trahi ad conuerſi-
onem. Cum audis dei doctri-
nam, aſſentiaris & clames ad De-
um, Conuerte me & conuertar.
Et lucteris cum dubitationibus
Sicut piè dixit Nazianzenus,
πᾶν τὸ κατορθούμενον παρὰ θεοῦ ἐστὶ. δίδο-
ται δὲ τοῖς καλουμένοις, καὶ οὕτω νεύουσι.
Audiamus uocem diuinam de
conuerſione, & de conſolatione,
non aſpernemur eam, non indul-
geamus

geamus diffidentiæ. Sed ueris gemitibus petamus auxilium, ſicut Eſaias inquit. Omnes ſitientes uenite ad aquas &c. Audite & uenite ad me, & uiuet anima ueſtra. Et dominus inquit, Venite ad me omnes qui laboratis, Item Quanto magis Pater ueſter cœleſtis dabit Spiritum Sanctum petentibus. Hæc omnibus conſideranda ſunt, & tota doctrina de pœnitentia diligenter cognoſcenda eſt, de qua limpidi fontes in Eccleſijs noſtris Dei beneficio monſtrantur.

At in ſcriptis monachorum doctrinæ de pœnitentia coenum & ſtercora iniecta ſunt, ac ne uocabula quidem pœnitentiæ, fidei, confeſſionis, ſatisfactionis, recte ab eis enarrantur, ac multa ουτε γῆς

οὔτε

οὔτε οὐρανοῦ ἁπτόμενα ab eis ſcripta ſunt quæ nec ipſi intellexerũt nec nunc intelligunt ipſorum propugnatores qui uere ſunt ὄνοι ἄγοντες μυστήρια.

Itaq; hę cauſę magnę ſunt, propter quas hanc de pœnitentia doctrinã in hoc libello repetiui, prior ut aſſidue ſinguli in inuocatiõe quotidiana, de conuerſione cogitemus, deinde ut puritas doctrinæ ad poſteros propagetur. Et dulciſſime dictum eſt à Platone δὶς καὶ τρὶς φασι καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε. καὶ ἐπισκοπεῖσθαι. Denique cum Filius Dei præceperit hanc doctrinam adſidue proponi, hæc noſtra adhortatio ad Paſtores reprehendi non poteſt.

Tibi autem inclyte Princeps hunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

hunc librum eo præcipue in-
ſcripſi, quia te ſciremaxime re-
fert, quale genus doctrinæ in
tuis Eccleſijs ſonet. Illam com-
memorationem hic non ad-
dam, ut Aui & Patris opti-
morum Regum pietatem imite-
ris, quia te ſcio recte intelligere
Eccleſiæ doctrinam, & Deum
rectè inuocare in agnitione & fi-
ducia mediatoris, & Dei benefi-
cio aſſidue filium Dei orare, ut
ſemper in his regnis æternam
Eccleſiam colligat, & non diſce-
dere te ab aui & patris exemplis.

Quare cum omnibus pijs to-
pectore Deum oro, ut te ſeruet &
gubernet, & faciat te σκεῦος ἐλέους
& organum ſalutare tuæ animæ
& Eccleſijs multarum regionum
Nam ad hunc finem præcipuè
diri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

dirigēda eſt gubernatio ut ſit quę
fœlix, non ſola humana uigilan-
tia effici poteſt, ſed uериſſimum
eſt, dei opus & beneficium eſſe
fœlicem gubernationem. Adeſt
autem Deus inuocantibus ipſum
Sicut ſcriptum eſt. Prope eſt
dominus inuocantibus eum, o-
mnib. inuocantibus eum in ueri-
tate. Datæ Calendis Ianuarij
Anno 1558.

C. T.

Seruus

Petrus Palladius The-
ologiæ doctor, Epi-
ſcopus Eccleſiæ Ro-
ſchildenſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

PSALMVS CXXXI.

HOC tibi uiue Deus poſſum adfirmare ſcienti,
Te coram elato non ego corde fui.
Sum nihil, hoc memini, nota eſt mihi ſemper ob-
Ante oculos maſſæ triſtis imago meæ. (errãs
Non tumidũ ſapiens, proprijs nec uiribus audax
Stulticiæ ingredior cæcus amore meæ,
Magna nec adfectans uiolentis ſomnia curis,
A quibus hoc diſtat futile plaſma procul.
Agnouiſſe tui gaudens ſolatia uerbi
In nutu poſui ſpemq; fidemq; tuo.
Quando anima hæc altum ſapiet, nec ſe ipſa co-
Præſenti perget iuſſa ſilere Deo: (hercens
Tunc puero ſimilis materni lactis egenti
Qui ſit ab irata matre repulſus, erit.
Nam ueluti macie depaſtus deficit infans,
Cum negat impaciens ubera nota parens,
Deficiens animæ, ſic uis extinguitur omnis,
Quam pateris uerbi lacte carere tui.
Nulla ſalus homini, niſi quam largiſſima præſtat
Æterni miſeris uox patefacta Dei.
In ſolo confide Deo, quicunq; ſalutem
Expetis, hic prompta ſemper abundat ope.

IOHANNES
Stigelius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

DE MATRE CA-
NANEA.

QVantus erat dolor in Cananea matre puellæ
 Cuius mens furijs exagitata fuit.
In tanto nunc eſt Eccleſia mœſta dolore
 Doctorum furias cum uidet atq; Ducum.
Sed tu gnate Dei gemitus audito precantum
 Nulla uenit nobis, te niſi dante, ſalus.
Tu procul à nobis ſeuos depelle furores
 Et ſanes uerbo pectora noſtra tuo.
Quamuis ira tui nos urget iuſta parenti-
 Et ſumus ut turpes nos rea turba, canes.
Attamen ut timide ſub menſa captat herili
 Eſuriens modicas parua catella dapes.
Sic cum dira fames noſtros abſumpſerit artus
 De menſa petimus pabula Chriſte tua.
Cum noſtram indueris mirando fœdere maſſam
 Gnate Dei ſemper nos tua membra geras.

Philippus Melanthon.

K

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

TRACTATVS DE TRIBVS POENITENTIAE PARTIBVS, ET de loco Iuſtificationis.

AVDIO NON ſine dolore, partes pœnitentiæ, & locum Iuſtificationis, paſſim à ruralibus Parochis & uerbi DEI miniſtris, admodum negligenter et confuſaneè tractari & prædicari. Quod quàm pernicioſum ſit Eccleſiæ & Religioni, pijs omnibus Eccleſiarum Paſtoribus, qui pœnitentiam rectè docent, & locum Iuſtificationis probe cognitum habent, iudicandum relinquo. Nam ut cæcus de colore, ſic iudicant omnes de tota doctrina fidei & religionis, qui uel non didicerunt hanc doctrinæ partem, uel eam negligenter prætereunt, uel oſcitan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ter populo Chriſtiano proponunt.
Tales ſunt uerè Mercenarij, fugientes
hodiernos lupos, eosq́ rapaces, qui in
Ioh. 10. Eccleſiam irruunt, non parcentes gre-
Act. 20. gi. Quales non tantum ſunt hodie
Suermerij, qui nouos ambiguos &
flexiloquos Articulos, hoc renouati
Euangelij tempore, comtra ueros &
ſinceros Fidei & Chriſtianæ doctrinæ
articulos condiderunt. Vt,

Anabaptiſtæ.
Sacramentarij.
Antinomi.
Interimiſtæ.
Infernaliſtæ.
Oſiandrini.
Stancaritæ.
Stenckefeldiani,

& ſimiles nouatores & Eccleſiæ tur-
batores: Sed etiam illi, quos Spiritu-
ales, uocant, in Dioceſibus & Mona-
ſterijs, agentes adhuc in hypocriſi, ui-
asq́ Domini inuertere conantes, ut
ſunt reliquiæ Canonicorum, Vicario-
rum, Sacrificulorum, Monachorum,
cum

cum reliquijs & fecibus Franciſcanorum, Dominicanorum, Spiritinorum & ſimilium, quibus auxilio ueniunt quotquot impij ſunt inter Nobiles, aduerſus Dominum, et aduerſus Chriſtum eius, Nam ſicut olim tabernacula,

Idumæorum.	
Iſmaelitarum.	
Moabitarum.	Gen.27.
Hagarenorum.	Gen.19.
Gebalitarum.	Iud.11.
Amonitarum.	Exo.17.&
Amalechitarum.	(Iud.11.
Philiſtæorum.	1.Sam.4.
Cum Tyrijs.	Eſa.23.
Aſſijrijs.	Eſa.36.& 37.
Madianitis &c.	

oppoſuerunt ſe populo DEI, callide conſpirantes & conſultantes abſcondita Dei, ne nomen Iſrael altrà memoraretur, ut Pſalmo 83. canitur in teſtimonium illis. Ita hi quoq; noſtri uicini coniungunt animos & operas, ſignato lapide & adhibitis cuſtodibus

(ut Eccleſia quæ uidetur hodie tan-
quam de cruce Papiſtarum depoſita &
ſepulta) nunquam cum Chriſto reſur-
gat, nec in cœlum, ad uitam æternam
aſcendat. Impediunt eam, quantum
poſſunt, ut non memoretur nomen
Chriſtianum ultrà, donec & ipſi ſuc-
cumbant & intereant cum Franciſca-
nis & Dominicanis, qui ſtatim â coro-
natione Regis Chriſtiani perierunt
unâ cum Idolatricis ſuperſtitionibus
Iudi. 6. & 7. in Kipping & in Biſtrob, ad torren-
tem Roſchildiæ, ſicut olim perierunt
Iud. 4. Madianitæ, Siſara, Iabin ad torrentem
Ioſu. 17. Chiſon, Oreb, Seb, Seba & Salma-
na, & facti ſunt ſtercus terræ,
dum ſperauerunt ſe occupaturos in
poſſeſſionem habitacula Dei. Pſal. 83.
Tales inquam fugiunt noſtri Merce-
narij, dum eis per ſanam doctri-
nam non reſiſtunt, non admonent, non
obiurgant, nec reuocant eos ad pœni-
tentiam & reſipiſcentiam, quod nul-
lo modo fit quando frigidè & oſci-
tanter locum Iuſtificationis tradunt:

Alij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Alij ſunt auaritiæ dediti & uentri, quibus dum ſeruiunt, nec aliorum, nec propriæ ſuæ ſaluti rectè conſulere uel uolunt, uel poſſunt, de quibus admodum exigua ſpes eſt, ut unquam emendentur, quia non Domino Ieſu Chriſto ſeruire, ſed ſuo uentri, ſuo luxui & ſuis cupiditatibus, quo ad uixerint.

Alij ſunt meticuloſi & fugitiui, quia timent crucem afflictiones et perſecutiones, qui cum non audeant conſtanter & intrepidè, ſuos auditores locũ de pœnitentia & conuerſione peccatoris docere, ualdè frigidè & tanq; dormientes, uel ſaltem aliud agentes, locum iuſtificationis tradunt, ut populum & præſentes auditores ſopire magis, ut ſuauiter in templis dormiant, quàm è ſomno peccatorũ excitare uelle uideantur. Tales quia facile fugiunt, & in Caſtris aduerſariorũ refragãtiũ ueritati, interdũ uerſantur, utroq; pede claudicantes, ut quocunq; ceciderit alea, conſiſtant, feriô ſunt admo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

nendi, de cruce fortiter & conſtanter
Matt. 11. ferenda, tollant iugum Chriſti ſuper ſe
Matt. 16. tolllant crucem ſuam, & ſequantur Chriſtum, Diſcant in primis à toto ad partes, à capite & corpore ad ſingula membra nobiſcum argumentari.

Chriſtus caput eſt, Eccleſia corpus nos autem in Chriſto Baptizati membra ſumus utriuſq;. Chriſtus paſſus eſt, Eccleſia patitur, ergo & nos Chriſti ueſtigia ſequemur & Eccleſiæ compatiemur, ſi modo conregnabimus. Imo nos qui primitias Spiritus habemus, id eſt, maiora per Dei gratiam dona, nec non uberiorem uerbi cognitionem, quam illi qui quintas & decimas tantum habent, ultra etiam omnes patiemur. Si ME perſecuti ſunt, inquit Chriſtus, & uos perſequentur, Matth. 10.

Quomodo perſecuti ſunt Chri-
Luc. 4. ſtum, in ipſius propria perſona? Quo-
Iohan. 8. ties ante tempus eum præcipitare, lapidare & occidere uoluerunt? Quid deniq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

deniq; non paſſus eſt ? Primū in inno-
centiſſimo corde ſuo. Deinde in ſan-
ctiſſimis oculis & auribus. Poſtremo Eſa. 53.
in toto corpore ſuo benedicto. Tri- Pſal. 22,
ſtis eſt anima mea etc. Eli Eli &c. Vah 109.69.
qui deſtruis templum &c. Foderunt Matt. 26.
manus meas, & pedes meos, partiti
ſunt ueſtimenta mea ſibi. Pilatus coc-
cineam Chlamidem ſuper eum proie-
cit, Herodes albam, in cruce ueſti- Matt: 26.
bus exutus, nigra ſeu terrea tunica ſua Luc. 23.
indutus, occubuit & expirauit, dein-
de cruce depoſitus, eſt ſepultus, do-
nec in ſua glorioſa reſurrectione de-
claratus eſt Filius Dei, cum potentia
&c. Roma. 1. Habes caput. Nunc ad
corpus ueniamus.

Quid non paſſa eſt Eccleſia, inde
uſq; ad initio mundi ? Quid non eti-
amnum hodie patitur ? In ueteri Te-
ſtamento, Primum ſub Cainicis, ſub
uiris Enachim, ſub Pharaone in Ae-
gypto, mox in deſerto, Coccinea
chlamide induta, proprioq; ſanguine

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

perfuſa & madefacta, perſecutio-
nem paſſa eſt. Deinde albam induit tunicam, in terra Canaan, tempore Iudicum Regum & Prophetarum, à proprijs Sacerdotibus (Vt ab impio Amaſia, Amos 8.) pariter & â uicinis gentibus deriſa & ſubſannata. Poſtremo nudata ueſtibus in Aſſyriaca & Babylonica captiuitatibus, & ſub Antiocho Tyranno crudeliſſimo, tanquam in cruce ſuſpenſa, ſuaq; nigra &
2.Reg.17. terrea tunica induta, uiſa eſt omnibus uelle expirare & mori, Sed habuit interim ſuos à Deo Opt. Max. & â Filio Dei conſolatore primario ſibi conſtitutos conſolatores et nutricios, ut Seth, Enoch, Gene. 5. Noe (Gen. 6.) & Patriarchas reliquos. Deinde Moſen, Ioſue, pios Iudices & Reges. Poſtremo ſanctos Prophetas, Macabeos, unde non parum refocillationis interea temporis (uidelicet in quatuor annorum mundi millenarijs) accepit.

In nouo quoq; Teſtamento, ſimiliter

militer paſſa eſt, adeoq́ ſimiliter indu-
ta & exuta. Primum enim ſub decem
cruentiſſimis Tyrannis, Nerone, Do-
mitiano, Traiano etc. ſubq́ Iuliano
Apoſtata, Vulpe primum, deinde
Lupo, rubeã tunicã ſuoq́ proprio ſan-
guine tinctã, per trecentos annos in-
duere & pati coacta eſt. Deinde breui
temporis interuallo, poſt tantam per-
ſecutionem, poſtquam ab Imperato-
re Conſtantino optatam conſolatio-
nem accepiſſet, iterum ad patiendum
accincta eſt. Arrius enim hæreſiarcha
pariter & Pelagius, cum intermedijs
Hæreticis, Eccleſiam exemplo He-
rodis ita uexarunt, ut illorum deriſi-
oni & ſubſannationi fuerit obnoxia,
per alios trecentos annos, in quibus
albam ſuper ſe tunicam proiectam
habuit, plena ludibrijs & irriſionibus
amarulentis, donec ſub Theodoſio,
deinde ſub Arcadio & Honorio, pijs
Romanorum Imperatoribus nonni-
hil refocillata, grauioriq́ perſecutioni,
nec non pœnis acerbioribus præpara-
ta, quieuit.

Poſtremo nudata prioribus in Papatu ueſtibus ſub impijs Pontificibus Romanis, & tanquam in crucem ſuſpenſa, nigram & terream tunicam per nongentos annos geſtauit, uidelicet à tempore Bonifacij tertij ſub Phoca imperatore Matricida per ducentos annos, uſq; ad tempora Caroli magni Imperatoris. Mox inde uſq; ad conſtitutionem ſeptem Electorum imperij Romani, per alios ducentos annos, & tandem, uſq; ad hunc Carolum quintum, per qningentos annos, deſtituta uiribus (à nullis enim ferè conſolationem accepit, nam Vicleuus Iohannes Hus, Ieronymus de Praga, Iohannes Hiltenius, Ieronymus Sauonarola, Taulerus cum paucis alijs, à longo ſteterunt, in Papatu tandem, extincta penitus expirauit, depoſita eſt de cruce, nec non per illuſtriſſimos Principes Electores Fridericum & utrunq; Ioannem Saxoniæ Duces (Exemplo Ioſeph ab Arimathia) quo adiutoribus Luthero, Melanthone,

Bugen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

hagio & ſimilibus pijſſimis ac doctiſſi-
mis Viris, quibus acceſſit ſereniſſimus
ac pijſſimus Rex Daniæ & Noruegię
Chriſtianus Fridericus, eius nominis
tertius, tanꝗ alter Nicodemus. Per
hos inꝗ Eccleſia Leonum faucibus e-
repta, quam honorificentiſſime poſt
ſuũ ſponſum ſepulta eſt, & hodie tan-
quam in ſepulcro qualitercunq; tan-
dem ad futuram reſurrectionem quie-
ſcit (Potentatus interim huius ſeculi
cum ijs, quos ſpirituales uocant, ingen
tem, Saxi molem obſignatam fruſtra
aduoluentibus oſtio ſepulcri cuſtodes
que & uigiles adhibentibus, ne reſur-
gat unquam Eccleſia, nec obuiam ue-
niat ſuo ſponſo in aere &c.

Hactenus de capite Chriſto pari-
ter & de corpore ipſius Eccleſia
quid aliud in bona conſequentia nunc
ſequi poteſt à maiori ad minus à to-
to ad partes, quam ut nos qui mem- Rom 6.7.
bra ſumus utriuſque ſemper utri-
que compatiamur? Tantum abeſt
ut

ut ſimus meticuloſi, uel ad ſonitum uolantis folij cum Impijs fugiamus. De his admonendi ſunt omnes, qui propter timiditatem & crucis atq; perſecutionis metum, tam locum iuſtificationis quam reliqua fidei Chriſtianæq; Religionis dogmata, frigidius docere ſolent.

Alij deniq; ex mera ignorantia peccant neſcientes quomodo locus Iuſtificationis in Eccleſia Chriſti doceatur, Quanquam illorum ignorantia prorſus eſt affectata, cum toties à coronatione Regiæ Maieſtatis & audierint hunc præcipuum & principalem locum dextrè & fœliciter tractari, Cumq; legendi doctorum hominum libros manifeſtã habuerint occaſiõem ut ſint inexcuſabiles etc. Tamen adhuc in teſtimonium illis oſtendam, Deo uolente, diligentioribus uiam & aditum ad fœlicem loci pœnitentiæ & iuſtificationis tractationem, idq; rudius & craſſius propter imbecilliores & rudiores, ut nemo tandem qui iure

ſe ex=

ſe excuſare poſſit uſq; in his regnis inueneniatur. Itaq; per Deigratiam â definitione pœnitentiæ tractatum hunc inchoabimus. Deinde partes recitabimus. Poſtremoſingulas partes et interim iuſtificationis locum breuiter explicabimus, additis dilutionibus & confutationibus illorum, qui doctrinę iuſtificationis aduerſantur. Vtinam ad gloriam Dei ut ſperamus ſempiternam, & piorum ſalutem æternam,

Amen.

TRA-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

TRACTATVS DE TRIBVS POENITENTIAE PARTIBVS, ET de loco Iuſtificationis.

CVM TOTA SAcra ſcriptura paſſim omnes homines, nimirum peccatores ad pœnitentiam agendam uocet, & impœnitentibus æternum interitum & æternas pœnas minetur: Pœnitentibus uerò reconcilietur & ſuper eos gaudeat, eoſq; exaudiat 2. Paral. 7. Neceſſe eſt, ut ſciamus quid ſit pœnitentia quid nominis & quid rei. Nos itaq; primum pœnitentiæ uocem ſeu nomen, Deinde rem ipſam per Dei gratiam explicemus.

Nicham Ebræis & pœnitere & conſolari ſignificat, quibus duobus ſignificatis, & ad Legem & Euangelium in loco de pœnitentia reſpiciatur. Primum enim quantum ad Legem attinet omnia huius uerbi ſignificatiua denotant ſtimulationem, compunctionem, reſipiſcentiam & ſen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

tentiæ mutationem à malo in bonum, dolore, la‑ crymis & contritione plenam, in qua proponit homo peccator pœnitenda non admittere & ad‑ miſſa deflere, Cauſas peccatorum excidere, nec earũ ſuggeſtionibus additum concedere & indul‑ gere, uidelicet, ut ſit Nicham ſeu pœnitentia quæ‑ dam dolentis uindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe. Quantum uerò ad Euangelium atti‑ net, quia conſolari ignoſcere, misereri & parcere ſignificat hoc Thema Nicham complectitur in ſe miſericordiam Dei, condonationem ſeu remiſſio‑ nem peccatorum cum omni conſolatione ſpiritua‑ li, ut ſunt iuſtificatio, fides, iuſticia bonæ conſci‑ entiæ, noua uita.

Vocis igitur huius energia & proprietas hæc eſt, ut & auerſionem à peccatis & conuer‑ ſionem ad miſericordiam Dei propter mediato‑ rem Chriſtum ſignificet. Alterum uide Iob 42. pœnitentiam in fauilla & cinere: Alterum uerò Eſai. 50. Conſolamini conſolamini popule meus. Idẽ quoq; ſignificat Græcũ uerbũ μετανοέω, uide‑ licet mutare mentẽ, id eſt, ſententiã à malo in bonũ & μετάνοια ſpecialiter in Eccleſia ſignificat con‑ uerſionem illam ſalutarem, quando anima afficitur ſenſu inhoneſti facti commiſſi, & ſe ad melius conuertit & latinum uerbum pœniteo, quaſi pœnam teneo, ut inquit Auguſt: Et conſolationem aſpiro ſeu anhelo, uidelicet, ut ſit quotidiana pœ‑

na ſi‑

na fidelium, quotidiana confeſſio ſeu reſipiſcentia (confiteri enim ſe peccatorem & non reſipiſcere non eſt pœnitentia) & quotidiana conſolatio etc.

Ex his ergo patet, quid hæc uox Pœnitentia ſignificet, nempe præterita peccata plangere & ad miſericordiam Dei confugere & conuerti, Quas partes diuus Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima complectitur in hunc modum, cum ſic inquit: Pœnitentia eſt uelociter reſurgere, per cordis compunctionem, oris confeſſionem & operis ſanctificationem, quæ definitio nominis pœnitentiæ corrupta eſt á Scholaſticis Theologis, qui pro cordis compunctione poſuerunt monſtroſam attritionem, pro oris confeſſione confeſſionem auricularem, conſcientiarum carnificinam cum impoſsibili peccatorum enumeratione, pro ſanctificatione uero ſatisfactionem, ut homines pro peccatis ſuis ipſimet ſatisfacerent ſuis operibus & alijs impijs medijs, quod ſtatim eſt omne Chriſti meritum, paſsionem, mortem, ſanguinem, reſurrectionem &c. abolere. Cum ſanctus Auguſtinus non de ſatisfactione operum ſit locutus, id eſt, de noua & ſancta uita & nouis operibus, ueræ fidei fructibus qui comitantur ipſam cordis compunctionem, oris confeſſionem ſeu ſui ipſius accuſationem coram Deo. Comitantur inquam in homine per fidem & propter mediatorem Chriſtum iuſtificatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ſicatio. Quod poſtremum Auguſt. uocat ſanctiſi-
cationem & non ſatisfactionem operis.

Porro ne cauillentur ſycophantæ hanc diui Auguſt. ſententiam de pœnitentia cauſſantes, quod in alijs locis mentionem ſatisfactionis faciat. Definit enim in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 54. Tom. 3. folio 205. ſatisfactionem pœnitentiæ ſeu in pœnitentia eſſe cauſas peccatorum excidere, Nec earũ ſuggeſtionibus additum indulgere, Vide quantum diſtet hæc definitio à Papiſtica ſatisfactione qua peccatori iniungũtur ſeptem Pſalmi pro peccato mortali commiſſo recitandi &c. Sed tales conſolatores, ſcilicet per ſatisfactionem uel hic in purgatorio, non conſolatores ſed deſolatores uocat Auguſt. Sentiamus igitur & loquamur de pœnitentiæ uocabulo cum Eccleſia, quod ſignificet præterita peccata plangere per contritionem, & ad Deum uere conuerti per fidem & iuſtificationem, quam nouitas uitæ per dilectionem & opera ſanctificationis comitantur.

Tantum de Etymologia uocabuli pœnitentiæ: nunc ueniamus ad definitionem rei, uidelicet, qualis conuerſio ſit pœnitentia.

DEFINITIO REI.

Pœnitentia ſine qua nec ab errore nec à peccatis tranſire quiſquam poteſt, eſt ex miſericordia Dei, Primum ad Legis prædicationem hominis peccatoris ab iniquitate & peccatis auerſio, quæ conſiſtit in uero cordis dolore ueraq́; contritione cum erubeſcentia & lacrymis in conſpectu Dei, cuius iram & iudicium timet & fugit: Deinde ad Euangelij prædicationem uera ad Deum conuerſio per fidem, qua credit ſibi gratis propter Chriſtum mediatorem remitti peccata, qua etiam coram Deo iuſtificatur & ſaluatur. Poſtremo tam ad Legis quam Euangelij prædicationem uitæ renouatio & nouitas, qua noua obedientia ad gloriam Dei, proximi uero ſalutem & commoditatem, ſeriò, & ſine dolo inchoatur, ſimulq́; ſtatuitur, quod hæc obedientia placeat Deo propter eundem mediatorem. Hæc definitio pœnitentiæ longiuſcula conſiſtit ex ſuis cauſis & partibus.

Cauſa efficiens eſt miſericordia, eſt donum & opus filij Dei & Spiritus Dei, qui uocali uerbô Legis adhæret ad pœnitentiam in corde peccatoris non pertinacis nec prorſus refractarij cieat & confirmat, ut ſe peccatorem eſſe ſentiat cum pungatur & contriſtetur, conuertatur & iuſtificetur, adeoq́; per dilectionem boni aliquid operetur.

Quantum ad miſericordiam attinet, Deus ipſam

ipſam Decalogi legem pro ſua miſericordia dedit, ut homines in ueram ſui ſuorũq; peccatorum cognitionem peruenirent, Ad huius Legis prædicationem, dat eis pœnitentiam, ut legis ad Timo. 2. Ne quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatam & reſipiſcant á Diaboli laqueis &c. Item, Acto. 11. Et gentibus pœnitentiam dedit Deus ad uitam. Eſt igitur donum ſeu opus Dei non hominis fructifera pœnitentia, nam inſpirare eam poteſt, quandocunq; uult ſua miſericordia, & renumerare ex miſericordia, quos damnare poteſt ex iuſticia præcedente uocali uerbo &c. Roma. 2. Ad pœnitentiam adducat Dei bonitas, patientia, longanimitas & benignitas.

Quod autem fiat donum Chriſti ſeorſim & opus Spiritus ſancti pœnitentia, lege Act. 5. Hunc Principem & ſalutarem Deus exaltauit dextra ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, in remiſsionem peccatorum, & nos ſumus Teſtes horum uerborum Spiritus, quem dedit Deus omnibus timentibus ſe. Item, Luc. 24. Oportet prædicari pœnitentiam in nomine eius omnibus gentibus. Inde eſt quod Petrus fleuit amare, quia Dominus Ieſus conuerſus reſpexit eum (et fleuit amare) Luc. 22.

Eſt igitur tota pœnitentia cum ſuis partibus, ſicut DEI patris, ita Filij quoque & Spiritus ſancti donum & opus, ex mera miſeri-

cordia & benignitate Dei, nec poteſt ullus homo pœnitentiam agere niſi quem Deus illuminauerit & gratuita ſua miſericordia conuerterit, ut Pſal. 67. præcatur: Deus miſereatur noſtri &c. tantum de cauſa efficiente pœnitentiæ. Pendeat igitur homo peccator, gratia Dei præueniente ex ore & uerbo Dei, ex miſericordia Dei, ex ſpiritu Dei, gratoq; animo donum Dei ſuſcipiat & Deum in ſe operari ſinat.

Cauſa materialis in qua ceu ſubiectum Pœnitentiæ, eſt cor hominis peccatoris, iuxta illud, Eſaiæ 66. Ad quem reſpiciam niſi ad afflictum & contritum ſpiritu trementemq; ſermonem meum, quibus uerbis non obſcurè ſignificat cor ipſum eſſe ueræ pœnitentiæ receptaculum in eo quod per Legem humilietur & affligatur, ut homo peccator intelligat ſe peccatorem & in ſpiritu infirmum eſſe, qua cogitatione cordis ad uerbum Legis reuerentia quadam contremiſcit, Sic & Pſal. 50. Sacrificia Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum non deſpecies.

Porro SPIRITVS contribulatus & cor contritum eſt, quod ſentit iram DEI, & expaueſcit agnita ira DEI rurſus erigitur conſolatione & fide acquieſcit agnoſcens miſericordiam propter Chriſtum donatam. Quemadmodum ibi petit Dauid, Cor mundum crea in me Deus, uidelicet, ut rectè de te ſentiat, agnoſcens

iram tuã & promiſſam miſericordiã ſtatuens uerè
ſe reſpici, exaudiri, iuuari, protegi & ſeruari.
Hic ſenſus timoris Dei, cor tuum meditabitur ti-
morem, Eſa. 33. & fidei conſolantis animum &
cor ipſum purificantis in homine peccatore belli-
gerante cum peccato & ſanctificante Deo cor
contritum & humiliatum, eſt uerum pœnitentiæ
ſubiectum, ſine dolo & hypocriſi, hoc eſt, quod
Iohel cap. 2. fieri iubet, cum inquit, Scindite cor-
da ueſtra & non ueſtimenta ueſtra. Quaſi dicat,
quemadmodum cor ueſtrum quod eſt prauum &
inſcrutabile, Iere. 17. & abominabile Domino,
Prouerb. 11. Suis cogitationibus intentum fuit
hactenus ad malum: Ita ſcindite per pœnitentiam
illud, ut aperiatur & cognoſcatur, hoc eſt, ut
quemadmodum antea fuit receptaculum malorum
cogitationum, delectationum appetituum opera-
tionum: Ita fiat nunc domicilium timoris Dei,
fidei, & motuum qui oriuntur à Spiritu ſancto,
Scindere enim corda ſignificat excutere prauos
motus & Satanæ ſuggeſtiones, præſtigias, cogitatio
nes Epicureas & dubitationes, ut ſit in corde tan-
dem locus ipſi pœnitentiæ, ſed quia cor noſtrum in
noſtra poteſtate non eſt, nec idonei ſumus cogitare
aliquid tanquã ex nobis ipſis, ſed ſufficientia noſtra
ex Deo eſt, recurrendum eſt ad cauſam efficientem
pœnitentiæ ſcilicet miſericordiã Dei, Dei inquã qui
in nobis & uelle & efficere pro ſua bona uolun-

tate operatur, ad Philip. 2. Coniungantur ergo hæ cauſæ efficiens & materialis, hoc eſt, miſericordia Dei & cor hominis peccatoris, ut ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior ſit DEVS corde noſtro 1. Iohan. 3. Beatus eſt igitur uir (ut in Pſalm. 84. Cuius auxilium eſt abs te DOMINE, & aſſenſiones in corde ſuo, id eſt, Fœlices ſunt illi homines quorum robur in te ſitum eſt & in quorum cordibus ſemitæ tuæ ſunt, ſeu qui ex puro corde poſt te ambulant. Pendeat igitur cor noſtrum ex miſericordia Dei quemadmodum in omnibus, Ita & in uera pœnitentia, cuius principalis cauſa eſt miſericordia Dei, Hactenus de cauſa materiali in qua ceu de ſubiecto pœnitentiæ.

Inſtrumentalis cauſa pœnitentiæ, primum eſt LEX ipſa diuina, arguens & damnans hominem peccatorem. Deinde Euangelium erigens & conſolans eundem. Poſtremo Lex & Euangelium ſimul, quibus informatur uita hominis iuſtificati renouatione ſpiritus & inchoatur noua obedientia.

Quantum ad Legem attinet ſciendum eſt, quod hæc uox interdum extenditur ut ſit genus & ſignificet tam Euangelium quam Legem ſimul, ut Exod. 13. Lex Domini ſemper ſit in ore tuo, id eſt, uerbum Dei. Moſes enim hoc loco non ſolum Catalogi præcepta, ſed etiam promiſſiones diuinas

intel-

intelligit, ut Pſal. 1. Sed in Lege domini uoluntas eius & meditatur Legem eius die ac nocte, & hic Lex ſignificat ipſum uerbum Dei in genere uidelicet, uerbum Legis & promiſsionum. Interdum ſignificat per καταχρησιν nunc peccaaum, nunc Euangelium &c. ut in 7. Cap. ad Roma. uideo aliam Legem in mentibus meis repugnantem Legi mentis meæ. Hic primum ſignificat Lex concupiſcentiam carnis & ipſum peccatum, Deinde ſignificat & Decalogi Legem & Euangelium, quod uocat Legem mentis ſuæ, quia mens erecta fide uult quidem obedire Legi Dei, ſed à carne retrahitur per concupiſcentiam, & mox Cap. 8. Lex enim Spiritus uitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à Lege peccati & mortis, hic Lex in priori membro ſignificat Euangelium Chriſti: In altero peccatum & damnationem. Interdum deniq; ſignificat propriè Legem Decalogi tantum, ut Eſai. 2. De Sion exibit Lex & uerbum Domini de Ieruſalem. Hic reſtringitur Lex ad ſpeciem, & decalogum concernit, quemadmodum & in his locis: Lex iram operatur, ubi non eſt Lex, ibi nec præuaricatio. Item Lex ſubintrauit ut abundaret delictum, Lex eſt uirtus peccati &c.

Itaq; Legem definiendam eſſe ſciamus, Lex Dei eſt Doctrina à Deo tradita, qualem eſſe creaturam rationalem, quæ uelle, quæ facere & quæ omittere oporteat & poſtulans perſectam obedientiam erga Deum, & pronuncians iraſci Deum &

 punire

Deut. 6. punire æterno ſupplicio angelos & homines non
Leuit. 19. præſtantes perfectam obedientiam.

Hæc definitio ſumpta eſt ex ipſa Lege, præcipitur enim perfecta obedientia, cum dicitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima tua, & proximum tuum
Exo. 20. ſicut teipſum. Item non concupiſces. Eſt itaq;
Roma. 7. hic ordo diuinitus inſtitutus, Primum ut luceat Lex in creatura rationali & ſit ſimilis menti diuinæ. Deinde quia uult Deus iuſtos & ſuos cultores eſſe perpetuos, promittit obedientibus præmia, &
Deut. 4. econtra uult contumaces deſtrui, ſicut dicitur. Deus ignis conſumens eſt, horrendas comminationes addit, quarum ſumma in his uerbis comprehenſa eſt: Maledictus qui non permanet in omnibus ſermonibus huius Legis nec eos opere perficit. Deut. 27. ad Galat. 3. & Matth. 24. Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum. Hæc Lex diuine ab humanis Legibus in hunc modum diſcernitur, Quod humanæ leges, frenant externa membra tantum: Sed Lex diuina, quia ſpiritualis eſt, Spiritum requirit, hoc eſt, uult mentem hominis uoluntatem, ipſum cor & externa membra congruere, uidelicet, ut noſtra corda uerè Dei domicilium eſſe poßint. Cum autem Euangelium quoq; ſit inſtrumentalis cauſa ſeu obiectum, circa quod uerſatur pœnitentia, quantum ad alteram ſui partem, uidelicet fidem attinet, Definiatur & illud in hunc modum.

Euan-

Euangelium eſt uox æterni patris, filij & Spiritus ſancti, commendata Prophetis, Apoſtolis & reliquis Miniſtris, quæ nos uocat, mutat, iubet ut credamus placatum eſſe patrem interceßione Filij, & affirmat gratiam exuberare ſupra peccatum, modo deſinamus ruere contra conſcientiam. Et ut beneficium ſit certum, promittit gratis propter filium Dei omnibus credentibus remißionem peccatorum, donationem Spiritus ſancti & uitæ æternæ.

Hic neceſſarium eſt tenere diſcrimen Legis & Euangelij, tametſi enim Lex & Euangelium in genere conueniunt. Nam utraq; doctrina à Deo tradita eſt: tamen maximum eſt diſcrimen, Differunt autem potißimum tribus modis.

Primo forma cognitionis & promißionum I.
Nam Lex eſt doctrina nobis innata, & in animis noſtris quaſi inſculpta, quam ratio multipliciter tenet: At Euangelium non eſt deprehenſum humani ingenij ſagacitate, ſed per filium ex ſinu æterni patris prolatum, Ioan. 1. Deinde promißiones Legis ſunt conditionales: Euangelica uero promißio eſt gratuita.

Secundo differunt effectu, Lex aut recte in-
telligitur, & hoc modo efficit pauores, quos nul- II.
la creatura ſuſtinere poteſt ſine conſolatione Eu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

angelij, aut falſè intelligitur, ita gignit hypocriſin & ſtultam perſuaſionem iuſticiæ propter externam diſciplinam: Euangelium uero per fidem operatur remißionem peccatorum iuſticiam & uitam æternam.

III. Tertio, Lex & Euangelium differunt obiectis. Lex proponenda eſt hominibus ſecuris & hypocritis, ut taxet prophanam ſecuritatem & ſuperbis adimat arrogantiam Phariſaicam: Econtra Euangelium annunciandum eſt hominibus conſternatis, qui ſentiunt onus peccati & iræ Dei & ſalutaria remedia opponenda.

Poſtremo ſubiungitur inſtrumentalis cauſa nouæ uitæ, ſeu nouæ obedientiæ, uidelicet, Lex & Euangelium ſimul. Lex quia continet decem præcepta Dei, in quibus noua uita exerceatur, nempe in operibus dilectionis erga Deum & proximum: Euangelium uero, quia bona opera ſunt fructus Euangelij, Fidei & iuſtificationis, Nam Iuſtus iuſte operatur, & Fides non eſt ocioſa, ſed efficax per charitatem, hoc eſt, non eſt ocioſa, ficta & imaginaria fides, ſed uera, quæ ſua ſponte poſtquam accepit Chriſtum, profert fructus & opera charitatis, adeoq; declarat ſe per opera charitatis, ut, Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, Sunt igitur inſtrumentales cauſæ pœnitentiæ Lex & Euangeliū, Primum diuiſim, deinde coniunctim in tribus partibus pœnitentiæ.

DE CAVSA IMPVLSIVA.

Hic connectenda eſt impulſiua cauſa, ad quam concurrunt peccatum, ira, & iudicium DEI. Admonitus enim homo peccator per Legem, ſentit peccatum, iram & iudicium Dei, quibus annexæ ſunt pœnæ corporales, & æternæ quæ ſimul coniuncta uoluuntur in corde peccatoris, & compellunt hominem ad ueram pœnitentiam agendam, & ut quærat remedium & liberationem.

Porro peccatum cum aliud ſit originale, aliud actuale, totam arborem ſeu (ut Paulus inquit) totũ corpus peccati cum ſuis fructibus & membris complectendo, Neceſſe eſt ut definiatur peccatum originis primum, & deinde peccatum actuale.

Peccatum originis eſt caligo in mente hominis, auerſio uoluntatis à Deo & contumacia cordis aduerſus Deum. Caligo ſignificat amiſsionem lucis in mente per Adæ lapſum, quæ lux fuerat hominibus indita in creatione. Cum enim prius haberent perfectam cognitionem Dei, & firmam aſſenſionem in mente, poſt lapſum eam amiſerunt, & ſecuta eſt caligo, quæ peperit magnas dubitationes de Deo. Cum prius haberent conuerſionẽ ad Deũ & uniuerſalem obedientiã in uoluntate, mutata eſt in auerſionẽ uoluntatis à Deo. Cum deniq; prius haberent cordis rectitudinem, id eſt, concordiam cum Lege Dei, conceperunt horribilem contumaciam in corde contra Legem Dei.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Hæc mala ſecuta ſunt lapſum Adæ propaga‑
tione carnali in naſcentibus ex uirili ſemine, Qui
propterea nati ſunt rei & filij iræ, id eſt, dãnati à
Deo, niſi conſecuti fuerint remiſsionem peccato‑
rum. Tales enim gignuntur, qualis facta eſt
maſſa Adæ & Euæ poſt lapſum. Porro hic reatus
quo naſcentes rei ſunt, & propter lapſum primo‑
rum parentum, & propter illos defectus & con‑
maciam, quæ nunc ſimul naſcitur, uocatur pecca‑
tum originis.

Peccatum actuale eſt aliquid cogitare, dice‑
re & facere contra Legem Dei & contra pro‑
priam conſcientiam. Sicut enim originale pecca‑
tum conſiſtit in defectu & inclinatione contra
Legem Dei, ſic & actuale peccatum conſiſtit in
actione pugnante cum Lege Dei, qua actione
Deum offendit homo peccator, & commeretur
iram Dei ac æternas pœnas, niſi remiſsionem pec‑
catorum conſequatur. Et quemadmodum pecca‑
tum originis eſt carentia iuſticiæ originalis, ita
peccatum actuale carentia eſt iuſticiæ bonæ conſci
entiæ, quam diuus Paulus, ad Tim. 1. requirit, ſic
inquiens. Finis præcepti eſt charitas ex puro cor‑
de, & bona conſcientia & fide non ficta. Et 1.
Pet. 3. Conſcientiam habentes bonam &c. Cogi‑
tationem in definitione peccati auctualis, intel‑
lige omnes internas actiones, quæ pugnant cum
præceptis Dei, uidelicet, ut ſunt omnes uicioſi af‑
fectus

fectus ex originali malo erumpentes, ut dubitationes de prouidentia Dei, de comminationibus & promiſsionibus Dei, neglectio Dei, diffidentia de auxilio Dei, Errantes flammæ libidinum & aliarum cupiditatum, Dicere & facere uero ſignificant omnes actiones exteriores uicioſas, uidelicet, ut ſunt Blaſphemiæ, periuria, oblocutiones, homicidia, Adulteria, furta, uſuræ &c. Quæ mala tam interiora quam exteriora, tam affectata ignorantia, quam ſcienter commiſſa ſunt peccata mortalia, quæ fidem excutiunt, Spiritum ſanctum contriſtant, conſcientiam labefactant in incredulitate, donec facta fuerit remiſſio, ſicut & Paulus confeſſus eſt, dicens: Ignorans feci in incredulitate &c. ad Timoth. 1.

Nunc tandem ex harum ſpecierum definitione colligatur generalis peccati definitio in hunc modum. Quod peccatum ſit defectus, uel inclinatio, uel actio pugnans cum Lege Dei, quibus homo peccator offendit Deum & commeretur iram Dei & æternas pœnas, niſi ſit facta remiſsio.

His igitur de peccato cognitis, ac bene perpenſis ac ponderatis impellitur homo peccator ad agendam pœnitentiam cum, uidelicet, reuelato peccato reueletur etiam ira & iudicium Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſticiam hominis, ad Roma. 1. Porro quanquam iræ Dei

aduer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

aduerſus peccatum, tanta eſt magnitudo, uidelicet, ut intelligi nequeat, ne dum uerbis deſcribi (ſicut enim Deus ignis conſumens eſt, Deute. 4. & ira Domini deuorat impios, ut ſtipulas Exod. 15. Ita ſenſum iræ Dei nemo perferre poteſt) tamen quia Deus ferre non poteſt peccati contemptum, Gen. 6. nec ut corda ſint ferrea, & ſine dolore uult in Eccleſia ſua aliquo modo agnoſci iram ſuam aduerſus peccatum. Ideo reuelatur de cœlo ſuper omnes, ideo minatur iram peccatoribus, ut Eſa. 1. Væ genti peccatrici &c. Imo non minatur tantum, ſed certis etiam ſignis oſtendit iram ſuam, non enim diluuium, conflagratio Sodomæ. & ſubmerſio Pharaonis tantum, ſed omnes calamitates generis humani, mors, morbi, inopia, fames, cædes, bella, excidia, clades multiplices, & aliæ erumnæ ſigna ſunt iræ Dei, aduerſus peccatum, & conciones pœnitentiæ, quibus de iudicio & ira Dei admoneamur, ſcilicet, quod ueniat in filios diffidentiæ ad Epheſios, Cap. 5. & in filios incredulitatis propter fornicationem, immundiciam, concupiſcentiam malam, & auaritiam, ad Col. 3. et Pſal. 38. propter iniquitatem corripis homines, uidelicet, ut timeant iram & indignationem tuam, reſipiſcant atq; eam deprecentur, ut extant formulæ deprecationis iræ Dei paßim in Moſe, Prophetis et Pſalmis, ut Exo. 32. Ira tua quieſcat, eſto placabilis ſuper nequitiam populi tui, Eſa 64. Ne iraſcaris

Domino

Domine, etiam nec ultra memineris iniquitatis: Ecce reſpice populus tuus omnes nos. Iere. 10. Corripe me Domine, ueruntamen in iudicio, non in furore tuo, ne ad nihilum redigas me &c. & Aba. 3. Iratus cum fueris miſericordiæ recordaberis, & in Pſal. Domine ne in furore tuo arguas me.

Hæ deprecationes & ſimiles oſtendunt, reuera magnam eſſe iram Dei aduerſus peccatum, contra ſecuritatem illorum, qui non ſentiunt ſe Lege accuſari, nec expaueſcunt, nec ſentiunt iram Dei, nec cogitant, quanta res ſit, ira Dei, Cum tamen pœna primi lapſus, cum tantæ calamitates totius generis humani, deniq; cum Chriſti interceßio & mors nos quotidie admoneant, de magnitudine iræ Dei.

Nos igitur cum ſciamus iram & indignationem Dei rependi ijs, qui ſunt contentioſi & qui conuicti non acquieſcunt ueritati, credunt autem iniquitati, ad Roma. 2. Chriſtum & ante ipſum Baptiſtam contionantem, Pœnitentiam agite, diligenter audiamus, ut uidelicet, ab ira uentura Chriſtus nos eripiat, & cum Eſaia dicamus: Iratus quidem mihi es Domine, ſed conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me Eſa. 12.

DE IVDICIO DEI

Huē

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Huc etiam pertinet iudicium Dei, in quo
horrenda ira Dei aduerſus peccatum oſtenditur
omnibus temporibus, quod ſemper ſonat & ſen-
titur in Eccleſia magis quam in reliquo mundo.
Eſtq́; immutabile iudicium opprimens æterna ira
omnes qui per agnitionem filij Dei non liberantur
Ioan. 5. Quare neceſſe eſt, ut & hoc Dei iudici-
um, & hiſce temporibus fideliter proponatur, præ-
dicetur ac ſentiatur, ut peccatum uel hoc etiam
modo agnoſcatur, & peccator ad pœnitentiam
agendam compellatur.

Huc etiam maledictiones omnes, Item mors
corporalis, & æterna Diaboli tyrannis, infernus,
damnatio, & pœnæ perpetuæ damnatorum refe-
rantur, de quibus ſingulis multum dicere nimis
prolixum foret, nec propoſito noſtro reſponderet.
Maledictiones uide Deut. 27. & 28. Mortis ori-
ginem uide Geneſis 3. Per transgreßionem diuini
præcepti, quod eſt Gene. 2. Quacunq́; die ex ea,
ſcilicet arbore ſcientiæ boni & mali commederis
morte morieris, id eſt, certißimé morte morieris.
Adam uero comedit tamen ex arbore prohibita, Si-
militer & Eua, Satanæ contra Dei mandatum
obedientes, unde & Sapientiæ 2. ſcribitur: Ex in-
uidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum
2.Reg.22 & ad Roma. 5. Sicut per unum hominem pecca-
tum in hunc mundum intrauit, & per peccatum
mors: Sic in omnes homines Mors pertranſit, eoq́;
omnes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

omnes peccauerunt, Item regnauit mors ab Adam &c. Hinc dolores mortis oriuntur in corde peccatoris, ut Pſalm. 116. Dolores mortis circumdederunt me, pericula inferni inuenerunt me. Tales querelæ nobis in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis traditæ, nos quotidie commonefaciant de iJsdem doloribus, ut ad ueram pœnitentiam confugiamus.

DE DIABOLO.

Idem faciant cogitationes de tyrannide Diaboli, qui incommutabili odio ſemper inuidet Deo & homini, qui contraria ſuadet uerbo Domini, qui deniq; calcaneo Chriſti, & piorum omnium inſidiatur, Gene. 3. Is eſt tentator primum, deinde & accuſator noſter, Matth. 4. Is Homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, mendax & mendacij pater, is ſtat à dextris Impij, Is cogitatationes malas homini ſuggerit & immitttit, ut in cor Iudæ, ut traderet Ieſum Iudæis, Et ſicut autor eſt peccati: Ita peccat & ipſe quoq; ab initio, 1. Iohan. 3. uocatus propterea Diabolus, Satanas, Draco, ſerpens antiquus, qui ſeducit uniuerſum orbem, cui propterea nullum demus locum, ut Paulus nos monet ad Epheſ. 4, ſed ei tanquam Leoni rugienti circumeunti & quærenti quem deuoret, fide reſiſtamus, ut Petrus nos hortatur, 1. Pet. 5. tunc fugiet à nobis, Iaco. 4. Quanquam autem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

princeps mundi ſit, & Deus huius ſeculi, adeoq́; mortis imperium habens, ad Ebre. 2. tamen cum Chriſtus Eum ſua morte deſtruxerit, caput ipſius contriuerit, & in hoc apparuerit, ut ipſius opera diſſolueret, 1. Ioha. 3. cumq́; etiam ſanguine agni & uerbo teſtimonij, id eſt, Euangelio Chriſti uincatur à fratribus, qui non dilexerunt animas ſuas ad mortem, id eſt, martyrio coronari non recuſauerunt Nobis quoq́; hic ulterius non ſit formidabilis, ſed ueram in conſpectu Dei & non hypocriticam pœnitentiam agamus.

DE INFERNO.

Similiter & infernus eſſe debet nobis cordi, qui dilatat animam ſuam, id eſt, uentrem ſuum & receptaculum ſuum, & aperit os ſuum abſq; ulla intermiſſione ut eo deſcendant fortes eius populus eius, & ſublimes glorioſique eius ad ipſum Eſa. 5. Abacuc 2. quo quicunq́; deſcenderit non reuertetur ultra in domum ſuam, nec cognoſcet eum amplius locus eius, Iob 7. ideo protegi ſe ab inferno Iob petit, Iob 14. Idem & nos petamus donec pertranſeat furor Dei, Donec mors & Diabolus adeoq́; infernus ipſe miſſi fuerint in ſtagnum ignis ardentis, ſperemusq́; quod inferorum poteſtates nonpræualituri ſint fidei Chriſtianorum. Iob. 10. & Matth. 16.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Poſtremo cogitatio de damnatione & pœna
damnatorum, nos per gratiam Dei commouere
debet ad ueram conuerſionem. Sunt autem huius-
modi cogitationes, primum quod ex nobis ipſis
damnati ſumus, & per nos ipſos à damnatione non
liberemur, ſed ex gratia Dei, ſicut Oſeas inquit. Per
ditio tua ex te eſt ô Iſrael, ſed in me auxilium tu- Oſeæ 13.
um. Deus enim non lætatur perditione uiuorum
Sapi. 1. Deinde quod damnationi, quæ æterna eſt
ac ſempiterna, nullum malum comparari poßit.
Quid inquit Chriſtus prodeſt homini, ſi uniuerſum Matt. 16.
mundum lucretur, & animæ ſuæ detrimentum pa-
tiatur, id eſt, à Deo boniſq; diuinis, cœleſtibus &
æternis, in æternum priuetur ac ſeparetur. Nam
etſi damnatorum eſt perpetuus cruciatus & ſempi
ternus horror, afflictionesq; & pœnæ, ut diuerſæ,
ita nunquam finiendæ, tamen uel hæc una eſt ma-
xima pœna damnatorum & uermis qui non mori
tur, ſed perpetuo conſcientiam mordet, uidelicet,
carere fruitione & conſpectu diuinæ fœlicitatis, ut
damnatio ſit quædam æterna priuatio diuini con
ſpectus fruſtratio mortis & ſanguinis Chriſti, qui
perdit & amittit filios damnationis ſicut perdidit
Iudam proditorem, qui perijt cum eſſet filius per-
ditionis Ioh 17. & 18. In ſumma damnatio eſt hor-
ribilis reiectio, reprobatio & ſeparatio à Deo, nec
non à ſocietate omnium ſanctorum angelorum et
hominum ab æterna uita & gaudijs æternis &

 proiectio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

proiectio contemptiſsima & ignominoſiſsima, per
Matt. 25. hanc diuinam extremi iudicis uocem, Ite Maledicti in ignem æternum, ut & Ioha. inquit, Apoc. 19. Pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt, mors ſecunda.

Roma. 5. Poſtremo, cum adhuc ſpes non contemnenda, quæ non confundit hominem peccatorem, ſit reliqua, ſcilicet, quod à damnatione ſola fide, quæ filium Dei apprehendit liberemur. Iohan: 8. Si Filius nos liberauerit, uere libri eſtis &c. Nulla nunc condemnatio his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu, transfugiamus ad fidem, quæ eſt uictoria noſtra,
Roma. 8. quæ uincit mundum, Diabolum, infernum & damnationem, atq; ſinamus nos á Deo iudicari & corripi, ne cum hoc mundo damnemur. Imo nos ipſos potius diiudicemus, id eſt, agnoſcamus peccata noſtra, uitamq́; noſtram in melius mutemus, ac nos emendemus per Dei gratiam præuenientem.

Ideo autem omnia mala, Legis promulgatione, & prædicatione nobis reuelantur, ſcilicet, peccatum, ira Dei, iudicium Dei, mors æterna, calamitates, & miſeriæ omnes, Diaboli ſeuitia & crudelitas infernalis, ignis & damnatio, ut huius totius lernæ malorum cogitationibus perterrefacti conuertamur ad Deum, & ueram agamus pœnitentiam, ut per eam ab omnibus hiſce malis corporalibus & æternis liberemur.

Tantum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Tantum de cauſa impulſiua pœnitentiæ, qua uidelicet, & Deus ad miſericordiam ac ad dandam commiſeratione pœnitentiam, & homo peccator, ad pœitentiam agendam perueniente gratia commoueantur & adigantur.

DE FORMALI CAVSA.

Formalis cauſa pœnitentiæ, eſt ipſa peccatoris ad Deum conuerſio, quæ pendet ex efficiente cauſa, nempe, miſericordia Dei, operatione Dei, dono Dei &c. ut ſupra dictum eſt, & ut Ieremias inquit, Cap. 31. Conuerte me Domine & conuertar, quia tu es Dominus Deus meus. Et paulo poſt in eodem capite. Conuertiſti me & poſtea egi pœnitentiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, id eſt, ſtatim cæpi agnoſcere me peccatorem eſſe, & per fidem conſecutus remiſſionem peccatorum lætari & gaudere cœpi.

Hoc obtento ſequuntur egregiæ Prophetarum & Apoſtolorũ in Scripturis ſacris adhortationes ad uerã conuerſionem, ne Dei conuerſionem ad nos fugiamus & cõtemnamus. ut Za. 1. Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, Hic promittit ſuam conuerſionem ad nos, ut & nos ad ipſum conuertamur. Et Ier. 3. Conuertam te, ſi te conuerteris, id eſt, ſi non reſpues meam operam & opera-

tionem ſi permittis te conuerti, ſi gratia mea præuentus, uel digitum porrexeris (ut Taulerus inquit) Ego totam manum tibi porrigam, Et ſi curres, ego præcurram mea miſericordia meo auxilio &c. mea liberatione, ut non ſit uolentis neq; currentis, ſed miſerentis Dei, uel eligi, uel ad Deum conuerti, Roma. 9. Ideo præcantur quoq; Prophetæ Deum, ut ipſe tam nos conuertat ad ſe, quam ut ipſe ad nos conuertatur ut Pſal. 85: Conuerte nos Domine Deus ſalutaris noſter & auerte iram tuam á nobis. Et Eſaias 63. Cap. Conuertere ô Deus Iſrael, propter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ, Propter ſeruos inquit, ut admoneat Deum pacti ſui, nec non electionis ac promiſsionum ſuarum.

Sed quæras unde conuertar ad Deum? Reſpondet Ieremias Cap. 35. & 33. Conuertimini unuſquiſq; à uia ſua peſsima. Et Eſa. Cap. 31. Conuertimini filij Iſrael, ſicut in profundum receſſeratis. Et Zacha. 1. Conuertimini de uijs ueſtris malis & de cogitationibus ueſtris peſsimis. Sic conuerſi ſunt Theſſalonicenſes à cultu ad fidem Chriſti, ad Theſſa. 1. Sic Dauid, Manaſſes & alij conuerſi ſunt, unusquiſq; à uia ſua peſsima.

Porro uia peſsima ſignificat primo caliginē mentis, auerſionem uoluntatis à Deo & contumaciam cordis aduerſus Deum ex originali peccato. Deinde cogitationes, dicta & facta, contra Legem

Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Dei & contra conſcientiam, itidem ex originali peccato. Conuerti uero ſignificat ab his malis per contritionem & diſplicentiam á tergo relictis tranſire ſeu transfugere per fidem ad miſericordiam Dei propter mediatorem Chriſtum, & pro caligine lucem & illuminationem, pro uoluntate mala, bonam, pro contumacia ueram obedientiam apprehendere & amplecti, in tantum ut omnes cogitationes, dicta & facta, fiant non contra ſed ſecundum Legem Dei, & ſecundum conſcientiam uerbo Legis & Euangelij recte inſtitutam.

Id uult Propheta Iohel Cap. 2. cum inquit. Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio fletu & lamentatione & ſcindite cor ueſtrum & non ueſtimenta ueſtra, & conuertimini ad Dominum Deum ueſtrum, quia beneficus eſt, propenſus ad miſericordiam, Longanimis & multæ bonitatis, & qui pœnitentia ducitur ſuper malo. Quis ſcit ſi conuertatur ac pœniteat & relinquat poſt ſe benedictionem.

Hic exigit Deus ipſe ueram hominis peccatoris conuerſionem, quæ careat omni hypocriſi, quod uidelicet non ſit in ſpiritu eius dolus, qualem Pſalmo 78. deſcribit in hunc modum. Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebantur ad eum ualde diluculo. Item, Ore adorauerunt eum,

cor autem eorum non erat rectum coram eo, nec fideliter perſtiterunt id eſt, pacto eius, uita enim hominis peccatoris, nihil aliud eſt, quam perpetua auerſio à Deo, qui tamen ſe ad nos conuertit per uerbum ſuum. Nam rebelles & inobſequentes contra Deum ſumus, atq; ei terga noſtra obuertimus, in hypocriſi agentes, & omnem interim peccandi occaſionem pro noſtra contumacia quærentes. Ipſe uero nihilominus ad nos fugientes & aliud agentes clamat: Conuertimini ad me, hoc eſt, nolite mihi obuertere tergum, cum loquor ad uos, auſcultate mihi, idq; ex toto corde ueſtro, ne aut ſit ſimulata conuerſio, aut non integra. Vult enim Deus totum cor & totum hominem, ut incipiat ſibi diſplicere & odiſſe peccatum. Ideo ſigna ueræ conuerſionis addit, cum inquit, In ieiunio, in fletu & in in luctu. Nam hoc eſt cor ſcindi, & hæc eſt prima pars pœnitentiæ, quam prophetæ tradunt.

Deinde concipiat fiduciam & ſpem miſericordiæ Dei, & credat Deum gratis propter promiſſum ſemen propitium fore, ſicut hic proponit miſericordiam & clementiam Dei per exaggerationem. Hæc eſt ſecunda pars pœnitentiæ.

Poſtremo ſubiungat nouitatem uitæ, uidelicet, ut corrigat id quod uitioſum eſt, & cum diuina lege pugnat.

Nos

Nos igitur inchoemus per Dei gratiam conuerſionem ipſam dolore cordis, non tantum de pœna; ſed etiam & multo magis de peccato. Deinde continuemus eam certa fiducia & ſpe miſericordiæ Dei, quam abſoluemus tandem & uehementi peccatio odio et conſtanti uitæ emendatione. Tantum de cauſa formali pœnitentiæ.

CAVSA FINALIS.

Cauſa finalis pœnitentiæ, una principalis & ultima eſt gloria Dei. Deinde & alij intermedij fines concurrunt ad hunc ultimum finem, ut liberatio à peccato. Acto. 3. Pœniteat uos igitur & conuertimini, ut deleantur peccata ueſtra cum uenerint tempora refrigerij &c. ab ira & iudicio Dei, ad Roma. 2. Iuxta duritiam tuam & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei à morte, Diabolo inferno & damnatione, Luc. 13. Niſi pœnitentiam egeritis &c. & 2. ad Timoth. 2. ut reſipiſcant à Diaboli laqueis, quibus tenentur captiui &c. Item donatio uitæ & ſalutis æternæ. Deus .n. elegit ſibi cœtum ſeu Eccleſiam ex qua glorificaretur & laudaretur in æternum, Iuxta illud, in Pſalm. 149. Laus eius in Eccleſia ſanctorum, & non moriar ſed uiuam & narrabo opera Dei, quem cœtum transgreſſione primorum parentum, ſub peccato uenundatum ne periret, & ne gloria Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ſic euaneſceret per pœnitentiam euocauit, & inſtituit ſtatim in Paradiſo miniſterium prædicandæ pœnitentiæ, deditq́; promißionem de uenturo liberatore qua recepti ſunt primi parentes & Electorum numerus ac cœtus reſtitutus eſt ad uitam æternam, ut daret gloriam Deo.

Coniunguntur ergo gloria DEI & uita æterna, ut ſimul ſint cauſæ finales pœnitentiæ, uidelicet ut pœnitentiam agamus in hunc finem, ut conſequamur uitam æternam, & in uita æterna glorificemus Deum, & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti in æternum, ut Ezech. 18. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed magis ut conuertatur & uiuat. Hic uitam æternam finalem pœnitentiæ cauſam ponit, uerum cum inquit, apud Eſaiam Cap. 42. & 48. Gloriam meam alteri non dabo, pœnitentiæ finem ultimum eſſe gloriam Dei demonſtrat.

Porro gloria Dei eſt, ut ab electis ſuis agnoſcatur, inuocetur & prædicetur, quod ſit æternus, omnipotens, uerax, iuſtus, bonus, miſericors &c. ut etiam filius Dei cognoſcatur, inuocetur ac prædicetur, is eſſe, qui in hoc apparuit, ut deſtrueret ſeu ſolueret opera Diaboli, hæc eſt inquit Chriſtus ipſe uita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et quemadmodum Chriſtus in oratione ſua cupit à patre clarificari,

ficari,ut ip ſe patrem uiciſsim clarificet : Ita requirit etiam Deus ab electis ſuis ueram pœnitentiam, ut ipſi uiciſsim in æterna uita glorificent Deum,& uideant filij claritatem, ut ibi Chriſtus orat,Pater, quos dediſti mihi, uolo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut uideant claritatem meam, quam dediſti mihi.

Quicunq; ergo non reſpiciunt hos duos fines (uitam æternam & gloriam Dei) ſiue Epicurei ,ſiue Hypocritæ, ueram pœnitentiam agere non poſſunt, quia gloriam propriam à ſe inuicem accipiunt. Ioh. 5.& 7.& gloriam hominum magis diligunt quam gloriam Dei, Iohan. 12.

Nos igitur depoſita omni ſecuritate & hypocriſi,duos hos fines intueamur in agenda pœnitentia, uidelicet uitam æternam, cum Deus ad uitam dederit pœnitentiam,Acto. 11.& gloriam Dei,cum Deus elegerit nos ad ſuam gloriam ſempiternam, ad Epheſ. 1.

Tantum de cauſa finali pœnitentiæ,& hactenus de cauſis pœnitentiæ,nunc ipſas partes per ſe conſideremus,quæ ſunt,Cõtritio,fides & nouitas uitæ.

DE CONTRITIONE.

Contritio prima pœnitentiæ pars ad Legis prædicationẽ ex miſericordia Dei proueniẽs,eſt in toto hominis peccatoris corde,pauor cõſcientiæ agnoſcẽ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

tis iram Dei aduerſus peccata & dolentis propter peccatum, ut Paulus inquit. Contriſtati eſtis ad pœnitentiam 2. ad Cor. 7. id eſt, uero dolore affecti eſtis agnita ira Dei.

Conſiſtit itaq; contritio, primum in agnitione peccati ſeu peccatorum, uidelicet, ut uere ſentiat, agnoſcat & confiteatur non ſeipſum tantum eſſe peccatorem, ſed omnes homines declinauiſſe & inutiles factos eſſe, omnes homines eſſe peccatores & carere gloria Dei, omnes homines in peccatis conceptos & natos eſſe, Pſalmo quinquageſimo (Omnes declinauerunt Pſalmo 14.) ut qui dicat ſe non habere peccatum mendacem faciat Deum. 1. Iohan. 1. Qui concluſit omnia ſub peccato. Roma. 11. Imo totum cor hominis eſſe prauum, Iere. 17. & cogitationes in malum pronas ab adoleſcentia, Gene. 6. Ita ut nemo ſit bonus niſi ſolus Deus Luce 18. ut Chriſtus inquit, Vos cum ſitis mali &c. Lu. 11. Deinde conſiſtit etiam Contritio in agnitione iræ & iudicij Dei mortisq; æternæ propter peccatum, uidelicet, ut agnoſcamus nos naſci filios iræ Dei, Epheſ. 2. Deumq; noſtris peccatis iraſci, quod non tantum in ipſis maledictionibus Legis, ut maledictus omnis &c. Item maledicti qui declinanant à mandatis tuis, Pſalm. 119. ſed etiam in exemplis, ut diluuio, conflagratione Sodomæ, ſubmerſione Pharaonis, manifeſtum eſt.

Poſtremo.

Poſtremo, conſiſtit ipſa contritio in uera peccatorum confeßione, ueraq́; iuxta Decalogi præcepta cordis examinatione & libera proteſtatione de quotidiana mandatorum Dei transgreßione, cum lacrymis & ſingultibus, ut Petrus fleuit amaré, Et Chriſtus ipſe, flete ſuper uos ipſas, cumq́; his tetris cogitationibus de peccati tam originalis quam actualis enormitate, caligine mentis auerſione à Deo & contumacia aduerſus Deum, adeoq́; internis & externis actionibus malis & cum Lege Dei pugnantibus. Item de ira & iudicio Dei, quibus comites ſunt, omnes Legis maledictiones, afflictiones & calamitates, quæ ſunt pœnæ peccatorum. Sequuntur & aliæ triſtes cogitationes de morte æterna, de carnifice Diabolo, de inferno dilatante os ſuum, de damnatione, quæ omnia concurrunt in uera contritione ſeu in uero pauore conſcientiæ, priuſquam cor ipſum penitus ſcindatur & homo peccator ad Deum conuertatur.

Huc omnes uitioſi affectus, huc omnes actiones impiæ, deſideria carnis omnia, cogitationes, delectationes, appetitus conſenſus & operationes mali, huc etiam conſuetudo peccandi pertinacia & defenſio peccati. Huc tandem uerus dolor mortis & inferni de diffidentia miſericordiæ Dei & deſperatione, nec non æterna damnatione referenda ſunt, & in corde peccatoris, ut magni montes

cumu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

cumulanda, donec uere ſerio & ſine dolo peccator ſuam infirmitatem deplorauerit, ſeipſum accuſauerit & ſe coram Deo reum damnationis proclamauerit, cum propoſito repugnandi prauis motibus & uiciosis affectibus in poſterum, ac reuocandi animum ad artem uitandi peccatum.

Hoc enim modo ſcinditur cor hominis, quemadmodum aratro terra ſcinditur & ad accipiendum ſemen adaptatur, utq; ſæpe uenientem ad ſe imbrem bibat & germinet herbam oportunam illis à quibus colitur, accipiens benedictionem à Deo, ne proferat ulterius ſpinas & tribulos, ut ſolet reproba et maledictioni obnoxia terra, cuius finis ad combuſtionem &c. Ita cor hominis peccatoris, aratro Legis proſcindi, tribulari & conteri ſerio oportet, ut ad accipiendum Euangelij ſemen & gratiæ diuinæ pluuiam adaptetur ac præparetur, ut quemadmodum imber aut nix de Cœlo deſcendit & irrigat terram & gignere & germinare eam facit, ut det ſerenti ſemen & panem ad edendum. Eſa. 55:

Ita uerbum Euangelij, Deus bona uoluntate è cœlo, tanquam pluiam effundit, ſuamq; hæreditatem, quæ eſt in arida terra recreabit & recreata protinus germinabit & fructum faciet, Pſalm. 65. Item anteibit iuſticia faciem ipſius & gloria Domini colligit eam, inuocabit & Dominus exaudiet &c. Eſa. 58.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Eſt igitur pœnitentia primum in hac parte ſcilicet contritione perpetuum opus & magna moles nihil ocij relinquens peccatori ſentienti & agnoſcenti ſua pecata Nam iudicialiter proceditur in hac parte, non ſecus atq; cum furibus & latronibus in foro iudicali proceditur. Fur peccatis iudicem offendit. Iudex offenſus iraſcitur, iratus pronunciat ſententiam & iudicium. Fur iudicatus traditur carnifici, Carnifex furem in patibulo ſuſpẽdit, ſuſpenſus mortificatur, excarnificatur, Idem cogitandum eſt in conſpectu Dei ſupremi iudicis de peccato, de ira et iudicio Dei, de carnifice Diabolo, de inferno, morte et damnatione, donec facta fuerit remiſſio.

DE FIDE.

Sicut Lex in prima parte pœnitentiæ cognitio eſt peccati (Roma. 3. & reuelat iram & iudicium Dei, Roma. 1. arguit, damnat &c. Ita ſtatuendum eſt è diuerſo de Euangelio, uidelicet quod ſit cognitio miſericordiæ Dei, quod reuelat conſolationẽ & auxiliũ Dei contra iram indignationem & iudiciũ Dei et proponat in ſecunda parte pœnitentiæ merita & beneficia Chriſti, Item patris beneficia, quæ fides apprehendit.

Eſt autem fides primum noticia in mente, qua aſſentimur diuinis promiſſionibus, et deinde fiducia in uoluntate, acquieſcens in propoſito mediatore &

propter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

propter eum accipiens remiſsionem peccatorum & æternæ beatitudinis ſocietatem.

Hic ſunt duo membra, ſcilicet noticia & fiducia quæ ſemper coniuncta eſſe debent. Fides enim non tantum eſt noticia promiſsionum Dei, quam Hiſtoricam fidem uocant, qualis eſt in Diabolo & impijs, ſed etiam certa fiducia, qua expectat à Deo conſolationem & auxilium, & apprehendit miſericordiam Dei exuberantem ſuper peccatum atq; in filij meritis acquieſcit.

DE MERITIS FILII.

Porro merita Filij, quæ fides apprehendit, & in quibus acquieſcit ſuauiter, ſuperatis doloribus mortis & inferni, ſunt ſeorſim beneficia redemptionis, ut totus Chriſti tranſitus à patre in mundum & è mundo rurſum ad patrem, ut conceptio, natiuitas, prædicatio, miracula, paſsio, ſanguis, mors, Reſurrectio & Aſcenſio Chriſti. Nam totus Chriſtus Deus & homo ſalus noſtra eſt.

Ita & fide iuſtificari Hominem peccatorem idem ſit quod iuſtificari diuinitate & humanitate Chriſti. Item obedientia meritis & impletione Legis Chriſti, hoc eſt, quod ipſe Legem impleuit. Item perfectione Chriſti, uulneribus ſanguine, morte,

morte, reſurrectione & tranſitu Chriſti ad patrem, In ſumma fide iuſtificari eſt æterna redemptione Chriſti officio Chriſti &c. iuſtificari, Propterea quod hæc omnia fide apprehendūtur et non excluduntur à iuſtificatione quæ fit coram Deo, per particulam ſola fide ſeu gratis, ſicut noſtra merita uirtutes opera &c. excluduntur. Imo fides etiam à ſpe charitate & omnibus uirtutibus differt in hoc, quod ipſa ſola apprehendit merita filij Dei, quodq; ſola acquieſcit in his & ſimilibus ſcripturæ ſententijs de filio Dei.

Gene. 3. Ipſum ſemen mulieris &c.

Gene. 15. In ſemine tuo &c.

Deute. 18. Prophetam ſuſcitabo uobis &c.

Eſa. 53. Propter peccata populi mei percuſſi eum.

Matth. 3. & 17. Hic eſt Filius meus dilectus &c.

Iohan. 1. Ecce agnus Dei &c.

Acto. 10. Omnes Prophetæ &c.

Acto. 4. Non eſt aliud nomen &c. Non eſt in alio quoq; ſalus &c.

1. Timoth. 1. IESVS Chriſtus uenit in mundum &c.

Epheſ. 1. In Chriſto Ieſu habemus redempti‑onem &c.

Filioli, Si quis peccauit &c. 1. Iohan. 1.

Apocal. 1. Chriſtus dilexit nos &c.

Sic & in ſententijs ex ore ipſius Chriſti pro‑nunciatis, acquieſcit Fides, ut, Venite ad me om‑nes, Matth. 11. Ego ſum uia ueritas &c. Ego ſum panis uitæ &c. Iohan. 16. Qui credit in me, ha‑bet uitam æternam. Iohan. 16. Amen Amen, dico

Matth. 11. uobis, Quicquid petieritis Patrem &c.. Huc tota Chriſti concio in Cœna pariter & oratio Chriſti, cumq; gratiarum actione Chriſti, cumq; toto Eu‑angelio Chriſti referenda ſunt.

DE BENEFICIIS DEI Patris.

Deinde Fides noſtra, non tantum filij merita ſed etiam Dei patris beneficia comprehendit, quæ omnia ſub uocabulo miſericordiæ & charitatis comprehenduntur. Miſericordia autem Dei, ſuper omnia opera eius, & Deus cõmendauit charitatem ſuam ergo nos, Roma. 5. Charitas Dei &c.

Porro beneficia Dei patris, in ſumma ſunt hæc, uidelicet, propoſitum, conſilium, beneplaci‑tum, uoluntas & præſcientia Dei, de noſtri electi‑one, prædeſtinatione & creatione. Mox promiſ‑

ſiones

ſiones Dei benedictiones, miracula, promulgatio Legis, Prophetarum oracula, Pſalmorum concentus, & tandem Euangelij reuelatio per Filium ſeu redemptionem quæ eſt in Christo Ieſu.

Hæc et ſimilia Dei patris beneficia, nobis ante initium & ab initio mundi exhibita fide apprehenduntur, ut Fides in his & ſimilibus de Deo patre præclaris ſententijs acquieſcit, ut gratia Dei exuberet ſuper peccatum.

Ephe. 2. Gratia Dei ſaluati eſtis.

Tit. 3. Item non ex operibus quæ fecimus nos.

Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c.

Eſa. 43. Item in uocibus Dei patris. Ego, Ego ſum Dominus Deus tuus.

Pſal. 35. Salus tua ego ſum &c.

Eſa. 43. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas &c.

Eſa. 44: Deleo ut nubem iniquitates tuas &c.

Ezech. 18. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris.

Eſa. 41. Seruus meus es tu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

DE BENEFICIIS SPIRItus ſancti.

Beneficia quoq; Spiritus ſancti, quæ ſub uocabulo ſanctificationis comprehenduntur, Fides apprehendit, ut ſunt iuſticia, pax, Baptiſmus, Cœna Domini, Abſolutio, congregatio Eccleſiæ, Reſurrectio mortuorum, uita æterna, Glorificatio, uictoria, hæreditas, perfectio, ſalus & gaudium in uita æterna ad gloriam DEI ſempiternam & ſimilia, quæ ſunt in Propheticis & Apoſtolicis à Spiritu ſancto dictata, quibus apprehenſis acquieſcit etiam Fides in ſententijs Scripturæ, quæ ſunt de
Gene. 1. Spiritu ſancto patefactæ, ut Spiritus Domini ferebatur per aquas. Spiritus meus, qui eſt in te, & uerba mea quæ poſui in ore tuo &c. Eſai. 59. Verba quæ miſit DOMINVS exercituum in Spiritu ſancto, per manum Prophetarum. Zach. 7. Iohel. 2. Effundam de Spiritu meo &c.

Zach. 12. Acto. 2. Effundam ſuper Iudam & Ieruſalem, Spiritum gratiæ & precum.

Iohan. 14. Ego rogabo patrem & alium Paracletum dabit uobis.

Iohan. 16. Cum uenerit Paracletus.

2. Cor. 1. Dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.

Gala. 4. Miſit Deus Spiritum filij ſui in corda ueſtra.

Item

Item ſanctæ Trinitatis beneficia Fides apprehendit, iuxta Symbolum noſtrum & doloribus contritionis depoſitis in ſententijs & uocibus diuinis acquieſcit.

DE IVSTIFICATIONE.

Iuſtificamur ergo gratis ut Paulus inquit, per gratiam Dei, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem per Fidem in ſanguine ipſius &c. Roma. 3.

Particula GRATIS, excludit Legem & opera Legis, excludit etiam omnia opera, merita & uirtutes omnium hominum, non ut non neceſſario comittentur Fidem, opera bona, tanquam fructus arborem, ſed ut non iuſtificent nos in conſpectu Dei.

Particula hæc per gratiam Dei comprehendit omnia beneficia Dei, & Spiritus ſancti, ſicut particula per redemptionem complectitur omnia beneficia Chriſti, qui ſanctæ Trinitatis operibus ac beneficijs ut ſcorſim Chriſti redemptoris noſtri meritis principaliter Iuſtificamur, ſcilicet, propter illam dignitatem fidei, qua tanquam organo & inſtrumento quo diuina beneficia apprehenduntur iuſtificamur coram Deo.

Chriſtum proponi propitiatorium à Deo ſignificat Deum fore nobis propitium patrem propter Chriſtum redemptorem & mediatorem.

Ex his ſequitur iuſticiam ipſam, qua homo peccator coram Deo iuſtificatur, ſignificare remiſſionem peccatorum, imputationem iuſticiæ & donationem uitæ æternæ, Roma. 6. Gratia Dei uita æterna, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et Cap. 5. Gratia regnat per iuſticiam in uitam æternam per Ieſum Chriſtum, ſic & Deus ipſe iuſtus eſt & iuſtificans eum qui ex fide eſt IESV Chriſti, Roma. 3.

Porro quod ſola fides ad iuſtificationem coram Deo neceſſario requiratur, Oſtenduut hæ & ſimiles ſententiæ, Sine Fide impoßibile eſt placere Deo. Hebre. 11. Item, Rom: 14. Omne quod nõ eſt ex Fide, peccatum eſt. Item qui credit in Filium, habet uitam æternam, qui uero non credit manet ira Dei ſuper eum. Iohan. 3. Item, Qui non crediderit condemnabitur. Marci ultimo.

Ideo Chriſtus ipſe commendat & magnifacit Fidem, ut Matth: 15. O Mulier magna eſt Fides tua, fiat tibi ſicut uis. Item Luc. 7. Fides tua te ſaluam fecit. Et ediuerſo nihil æquè ſuis Diſcipulis exprobrat atq; incredulitatem. Marci ultimo, & alijs multis locis. Sicut enim ueſtes noſtræ tegunt peccata noſtra coram hominibus, ne noſtra erubeſcentia & turpitndo reuelentur: Ita iuſticia Chriſti Fide apprehenſa tegit peccata noſtra coram Deo, non ut lateant & quaſi in foribus dormiant ad re-

uela-

uelandum. Gene. 4. ſed ut ſint in perpetua obliuio-
ne coram Deo, uidelicet, ut eorum non recordetur.
Eſa. 43. Ego ego ſum, qui deleo iniquitates &c.
& 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit
anima mea in Deo meo, quia induit me ueſtimento
ſalutis, & tunica iuſticiæ circumdedit me. Ipſe erit
ſicut ſponſus in Sacerdotali ornatu, & ut ſponſa
ornata monilibus ſuis, ſcilicet erit Eccleſia.

Hic affirmat opus Dei & ingens benefici-
um eſſe hanc reconciliationem, imputationem iuſti-
ciæ & donationem ſalutis. Veſtit me, inquit, me
ueſtimento iuſticiæ in hac uita imputatione, cum
nos quaſi inuoluti uulneribus filij Dei tegamur ip-
ſius iuſticia. Hic ſponſus noſter Chriſtus, qui non
uenit uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam
amplectitur nos credentes & Sacerdotis officio
fungitur, etiamnum hodie pro nobis intercedens
& conſeruans Euangelij miniſterium, & colligens
ac defendens æternam Eccleſiam, adſtat & Eccle-
ſiæ ornata, ut ſponſa (Pſal. 45. Eructauit cor me-
um &c. Hozeæ 4. & Pſal. 110. Dixit Dominus
&c) Hunc unicum ſponſum amplectens & uitans
aliam doctrinam, & alios cultus. Et quanquam
in hac uita ualde languida eſt & ingentibus ærum-
nis onerata, Diabolicisq; latrocinijs circumdata:
tamen hic ſponſus eam amplexus tuetur inquiens,
Nemo rapiet oues meas ex manibus meis. Ioh. 10.

In hanc igitur dulciſsimam imaginem ſponſi noſtri Ieſu Chriſti crucifixi & reſuſcitati, noſtros oculos infigamus, & mentibus intueamur, atq; doctrinam de fide, ſicut & de contritione ſemper exerceamus & credamus nos placere Deo & exaudiri, propter hunc ſacerdotem & ſponſum, adeoq́; uerè per ipſum à peccato ira, iudicio Dei, Tyrannide Diaboli, morte æterna, faucibus inferni, maledictionibus omnibus, & æterna damnatione liberari, Iohan. 8. Si Filius uos liberauerit, uere liberi eſtis.

Perpendamus etiam obſecro, quantus eorum ſit numerus, qui propter Filium & per Fidem ab his malis liberati ſunt, quorum corpora paſsim in puluere terræ, per orbem terrarum quieſcunt, non tantum in Aegypto, in deſerto, in terra Canaan, in Aſſyria, in Babylone, per totam Greciam, ſed etiam Romæ, & in tota Europa, quieſcunt inquam ad futuram reſurrectionem in gremio Chriſti, quorum omnium animæ gaudent interim in Cœlo.

Pœnitentiam igitur & nos agamus & credamus Euangelio, poſtquam illud eſt diuina uoce teſtificatum multis miraculis confirmatum, longa temporis duratione continuatū, multorū unanimi conſenſu ſtabilitum & innumerabilium ſanctorum Martyrum ſanguine, qui per Fidem uicerunt

regna,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

regna, operati ſunt iuſticiam, adepti ſunt promiſſiones madefactum & obſignatum. Tantum de ſecunda parte pœnitentiæ, & de loco Iuſtificationis.

DE NOVA VITA.

Tertia pars pœnitentiæ, nouitas uitæ eſt quæ ſequitur contritionem & Fidem iin renatis & Iuſtificatis, ut bonus fructus arborem bonam, uirtute, ſapore & ſuauitate refert & comitatur.

Eſt autem Nouitas uitæ, ex miſericordia Dei per Legis pariter et Euangelij prædicationem Spiritus & mentis renouatio, nouæq; obedientiæ & uitæ æternæ, in omnibus Dei mandatis inchoatio, & quodammodo quaſi formalis quædam uitæ in melius conuerſio & emendatio ſine contumacia cordis, ad gloriam DEI, proximi uero ſalutem, & commoditatem.

Hic ſingulæ particulæ ſcorſim in hac definitione ſunt conſiderandæ. Cauſa efficiens nouæ uitæ iuſtificati hominis eſt miſericordia Dei & donum Dei, ut ſupra dictum eſt. Solus enim Deus bonus eſt, ſolus uerax, & fons unicus ad quem origo bonorum operum crucis, & omnium quæ ad nouam uitam recte formandam pertinet, referenda eſt.

Iaco. 1. ꝺa eſt. Nam ut Iacobus inquit, Omnis donatio bo-
na, & omne donum perfectum è ſupernis eſt,
deſcendens à patre luminum. Et diuus Paulus
affirmat DEVM eſſe, qui agit & operatur
Phi. 2. in nobis, & ut uelimus, & ut efficiamus pro bono
animi propoſito. Deus omnis gratiæ, qui uocauit
nos ad æternam gloriam ſuam per IESVM
Chriſtum inſtauret uos, roboret atq; uos ſtabiliat.
Imo Chriſtus ipſe Ioha. 3. teſtatur bona opera, per
Deum fieri cum ſic inquit, Qui operatur ueritatem,
uenit ad lucem, ut conſpicua fiant opera eius
quod per Deum facta ſint. Et 15. Qui manet in
me, & ego in eo, Hic fert fructum multum. Et
Eſa. cap. 26. teſtatur Deum operari nobis omnia
opera noſtra.

Hæ et ſimiles ſententiæ teſtantur efficientem
nouæ uitæ, ſeu bonorum operum cauſam eſſe miſericordiam
& donum Dei, tantum abeſt, ut ex
nobis ipſis, qui ſumus natura mali, mendaces, corrupti
& peccatores, oriantur bona opera, tametſi
uocantur ex gratia Dei, noſtra opera, Sicut enim
Fides, ita etiam bona opera ſunt donum Dei.

Rogandus eſt igitur DEVS, ut ipſe iuxta
dictum Auguſtini coronet ſua dona in nobis,
tum demum aliquo modo obediamus. Et Iohannis
Baptiſtæ

Baptiſtæ pareneſi ſeu exhortationi. Facite fru- Luc,6.
ctus dignos pœnitentiæ, Et Chriſti quoq; dicentis. Ephe. 4.
Eſtote miſericordes &c. Item Pauli Renouamini 2. Pet.1.
ſpiritui mentis ueſtræ. Et Pet. Facite uocationem
ueſtram certam &c.

Subiectum nouæ uitæ, Spiritus eſt mens ipſa Acto. 15.
Dei ſpiritu mota, fideq; purificata, declinat à malo,& facit bonum, atq; procedit in actiones pias & bonas, internas & externas, ut cogitationes dicta & facta renati hominis iam non pugnent,ſed reſpondeant potius Legi Dei & conſcientiæ.

Inſtrumentales cauſæ nouæ uitæ, ſunt Lex et Euangelium ſimul, quia ut ſupra dictum eſt, Lex comprehendit decem præcepta Dei,in quibus noua uita renati hominis exerceatur, uidelicet, in operibus dilectionis erga Deum & proximum, Tantum abeſt, ut in decretis,in traditionibus humanis, in bonis hominum intentionibus & opinionibus, in electis cultibus & operibus in Monachorum
ſomnijs exerceatur. Non enim faciet unusquiſq; Deut. 12.
quod rectum eſt in oculis ſuis, ſed quicquid Ego Leuit. 17.
præcipio uobis (inquit Dominus) id obſeruabitis & facietis, 1. Sam. 15. Matth. 15. Fruſtra me colunt.

Deus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Deinde ſeruiat nobis ad & in noua uita ſan-
ctum Euangelium Chriſti, quia bona opera, ſicut & crux ipſa fructus Fidei ſunt, & perconſequens etiam Euangelij & iuſtificationis, ut Iuſtus iuſte, et bonus bene operetur, et crucem ferat pacienter, ad Gal. 5. Fructus autem Spiritus eſt charitas gaudium &c. Et Iacob. 2. Oſtende mihi Fidem tuam ex operibus.

Formalis cauſa nouæ uitæ eſt ipſa renouatio mentis, & uitæ emendatio ſeu in melius conuerſio & commutatio (qua renatus & Fide coram Deo iuſtificatus homo peccator) etiam coram hominibus, & coram proximo ſuo iuſtificatur, & conſequitur iuſticiam bonæ conſcientiæ, ſicut Abraham & Achab, Iaco. 2. quorum uterq; prius ſola fide coram Deo iuſtificatus eſt, quam uel hæc dimiſit exploratores, uel ille Filium immolari propoſuit, quibus operibus & ſibi ipſis & alijs Fidem ſuam oſtenderunt. Nam Fides utriusq; proceßit, deinde ſecuta ſunt opera. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſticiam, ut legis in Gene. Cap. 15. tunc, uidelicet, cum ISAAC nondum eſſet natus.

Deinde poſtquam non tantum natus, ſed etiam circumciſus ablactatus & propemodū adultus fuit Iſaac. Tum primum Abrahæ Fides tentatur

&

& iugulare Filium ſuum unigenitum & dilectiſſimum Iſaac iubetur, ut legis Gen. Cap. 22. Sic & fides Rahab præceßit in hac ipſius confeßione, quoniam inquit, Dominus Deus ueſter ipſe eſt Deus in cœlis ſuperne & ſubtus in terra, Deinde dimiſit exploratores fune per feneſtram ſuper murum etc. quo facto Fides ipſius poſtea coram Ioſuæ declarata eſt, & Rahab liberata, habitauit inter Iſraelitas, ut legis Ioſ. 6. Cap. Ioſu. 6.

Differunt ergo ſicut cœlum & terra iuſtificatio, quæ fit coram DEO, & quæ fit coram Hominibus. Differunt iuſticia Fidei, & iuſticia bonæ conſcientiæ. Deniq; differunt conuerſio, quæ fit ad obedientiam DEO præſtandam (ut obedientia Abrahæ in immolando filio) & ad charitatem erga proximum, adeoq; ad omnia bona opera, ut bonum opus Rahab erga exploratores. Secundaria enim iuſtificatio iuſticia & conuerſio fructus ſunt primariæ iuſtificationis, quæ fit ſola Fide ex miſericordia Dei, propter mediatorem Chriſtum, & in hoc differunt potißimum, quod iuſtificatio coram DEO tantum eſt imputatiua. Iuſtificatio uere quæ fit coram hominibus eſt formalis quædam obedientia & charitas.

Porro formalis hæc conuerſio ad nouam uitam agendam et opera dilectionis præſtanda uarijs

in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

in Scriptura titulis ac nominibus deſcribitur & ornatur ut ſunt. Fructus digni pœnitentia, fructus bonæ arboris, uia & ſemita recta, conuerſio pia & honeſta, uiuere bene, recte, iuſte, ſapienter, beate, & ſecundum Deũ Item ambulare in Spiritũ in luce, ambulare digne inuocatione, ambulare ſicut Chriſtus ambulauit &c. in ſtadio ad metam currere, militare Deo, facere iuſticiam & iudicium.

Huc etiam hæ & ſimiles parenceſes referende ſunt, ut Declina à malo, & fac bonum. Non occides, Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ. Qui furabatur iam amplius non furetur. Depoſito mendacio, noli iugum ducere cum infidelibus. Qui admota manu ad aratrum. Qui autem perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Matth. 10. & 24.

Finalis cauſa nouæ uitæ, gloria Dei, uerus Dei cultus eſt, dilectio Dei & proximi, ſicut peccatrix multum dilexit quia multum ei remiſſum fuit, Lucæ 7.

Eſt autem cultus Dei, opus á Deo mandatum, cuius finis eſt immediatus & principalis, ut Deus per id opus honore afficiatur, id eſt, ea obedientia teſtamur nos profiteri, hunc uere eſſe Deum, & hunc ſuper omnia diligendum cui hanc obedientiam præſtamus.

Quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Quod ut clarius conſpici poſsit, diſtincta ſunt tabulæ Decalogi, uidelicet, ut uideamus quibus operibus immediate & propriè cum DEO agamus, & quibus operibus agamus cum proximo.

Prima enim tabula continet ea opera, quibus proprie & immediate cum Deo agamus.

Secunda continet opera erga homines, quæ & ipſa fiunt cultus Dei, cum fiunt prælucentibus operibus primæ tabulæ, & referuntur ad hunc finem, ut obedientia Deo præſtetur.

Propheta Micheas cap. 6. contrahit utramq; Decalogi tabulam in Methodum, cum ſic inquit. Dictum eſt tibi, ô homo, quid bonum ſit, & quid Dominus requirat à te, uidelicet, ut ſerues uerbum Dei, exerceas charitatem, & ſis humilis coram Deo tuo.

Sic & Chriſtus ipſe Decalogum non tantū in utramq; dilectionem, ſcz. Dei & proximi contrahit ſed etiam in manſuetudinem & humilitatem. Matt. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, id eſt, manſuetus et patiens ad ferenda omnia aduerſa, perſecutionem, afflictiones, calamites, crucem &c. in uera erga DEVM obedientia. Deinde ſum

etiam

etiam humilis ad ſeruiendum in omnibus proximo meo, pro ipſius neceßitate, quod meum exemplum utriuſq; partis uobis propono, ut quemadmodum me ambulare uidetis, ut & uos ita ambulare debeatis, imitemini. Ergo Chriſtum ipſum ſaluatorem noſtrum, ut primum ſimus manſueti & patientes in cruce & rebus aduerſis, nos quoq; imitemur iuxta has Scripturæ ſententias.

Matth. 11. Tollite iugum meum ſuper uos.

Matth. 8. Qui uult me ſequi &c.

Lucæ 21. In patientia ueſtra, poßidebitis animas ueſtras &c.

2. ad Timo. 3. Omnis qui uolunt pie uiuere, perſecutionem in Chriſto Ieſu patientur &c.

Acto. 14 Per multas tribulationes &c.

Roma. 12. In tribulatione patientes.

Matth. 5. Beati mites &c.

Roma. 5. Afflictio parit patientiam.

Non ſunt condigne paßiones &c.

Deinde ſimus etiam humiles, ad inſeruiendum proximo, Iuxta has ſententias, Vnusquiſq; ueſtrum ſeruiat proximo in bonum. Eſtote miſericordes &c. Luc. 6. Sic luceat lux ueſtra. Frange eſurienti panem tuum, ſeruientes inuicem per charitatem &c.

Tantum de nouitate uitæ cum ſuis cauſis & effectibus, adeoq; de tota pœnitentia ſuiſq; cauſis et partibus

partibus, ubi conueniunt Deus creator, & homo peccator. Lex oſtendens peccatum & agnitio peccati. Chriſtus ſaluator & Fides hominis peccatoris apprehendens merita Chriſti, iuſtificatio & renouatio, noua obedientia & bona opera &c. Iuxta hunc ſequentem per gradus proceſſum.

Primo uerbum Legis audimus, & quia nobis ea quæ non libentur ferimus prædicantur, ipſe Miniſter uerbi nos propter peccata noſtra, damnatos eſſe proclamat.

Secundo, Spiritus ſanctus adeſt, ad uerbum Legis auditum & arguit nos de peccato, conterit nos, terret conſcientias noſtras, & in fugam nos uertit, hic nos etiam inuiti terremur & fugamur ac fugimus, quemadmodum Adam Dei conſpectum fugit in Paradiſo.

Tertio, Dum cor noſtrum ita fugit iudicium & iram Dei, ſtatim adeſt Deus per miniſtrum uerbi, reuocat nos Euangelij prædicatione, quia nobis per mortem Chriſti remiſsio peccatorum nunciatur, & Spiritus ſanctus per uocale uerbum Euangelij prædicatum & auditum ſuggerit nobis fidem ac erigit nos ad credendum et non ipſis nos ad credendum) inquam quod Chriſtus redemit nos à maledictione Legis, factum pro nobis maledictum, Ita Fides & ipſeDei donum eſt. Epheſ. 4.

Quarto per Fidem nobis donatam iuſtificamur coram Deo, iuſticia (quantum ad Deum attinet actiua) (quantum uero ad nos) mere paßiua, conſequimur enim ex gratia Dei fide remißionem peccatorum, iuſticiam, & uitam æternam.

Quinto, Iuſti facti, uoluntatem à Spiritu ſancto mutatam in melius miniſtro, nos de nouitate uitæ & de bonis operibus, iuxta Decalogi præſcriptum admonente, conſequimur & inchoamus utcunq; uitam æternam, Et hi ſunt illi noui motus Fidei, qui ſequuntur iuſtificationem in renatis.

Sexto motus à Spiritu ſancto generati, ſunt fructus fidei & opera gratiæ, quæ facere debemus. Hic primum ad noſtrum facere & operari uenimus, cum omnia fuerint hactenus, quantum ad nos attinet paßiua.

Septimo, quamuis hoc noſtrum facere ſit inchoatio uitæ æternæ, tamen inchoatio tantum eſt & non perfectio. Quia interim dum hic uiuimus hæreditamur peccatum, quo motus renouatio & inchoatio ſubinde uitiantur, ut ne munda quidem, ne dum perfecta eſſe poßit.

Octauo, Quanquam hæc inchoata obedientia eſt imperfecta, tamen placet Deo, grata eſt Deo propter Chriſtum, in quem credimus. Sic interim fouemur in ſinu Dei, tanquam initio nouæ creaturæ, dos

ræ, donec in reſurrectione mortuorum perficiamur & æterna uita ſine fine fruamur.

Hic proceſſus per hos gradus facile ſummam locorum de pœnitentia & iuſtificatione nobis oſtendunt, pergamus itaq; ſicut in partitione huius opuſculi promiſſum eſt, ad confutationem aduerſariorum ueritatis, qui locum tam pœnitentiæ quam iuſtificationis noſtro tempore fortiter oppugnant ueram Fidei doctrinam obſcurantes & labefactantes, quorum Cathalogum inuenies mox in initio Præfationis quæ huic tractatui præfixa eſt ad Lectorem &c.

Chriſtus noſter Saluator, ſalutarem in monte Tabor doctrinam quam ſuis Diſcipulis fideliter propoſuit ac prædicauit de lege & præceptis Dei, de non iurando, de diligendis etiam inimicis, de Eleemoſyna danda, de oratione & ieiunio, de non habenda ſolicitudine pro uictu, neq; fiducia in opes de non condemnando &c. Admonet eos, ut à Pſeudo Prophetis, omnimo ſibi cauere ſtudeant. Mat. 7. ne relicto Dei nomine per ſeductores falſa doctrina contaminetur & damnentur, ſed ut adherant Sacræ doctrinæ, cui credentes ſalui fiant. Et diuus Paulus exemplum Chriſti ſecutus non tantum Roma. ultimo, nec tantum in alijs ſuis Epiſtolis pios à falſa doctrina dehortatur, poſtquam docuit eos ueram doctrinam, ſed etiam inde diſcedens, uiua uoce miniſtros Epheſinæ Eccleſiæ fideliter admonet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Acto. 20. ut ſibi caueant à PſeudoProphetis. Attendite (inquit) uobis &c. Et Petrus Apoſtolus, idem admonet de falſis doctoribus aduenturis, cum inquit, Et inter uos erunt Magiſtri mendaces &c. Vide Epiſtolam Iohan. de Antichriſto &c. Et Pauli Prophetiam. 1. Timo. 4.

Cum autem habeant Miniſtri Scholarum Eccleſiarum, tales miniſtros ante ſe, quos imitentur ſtudeant & ipſi ſui temporis phanaticos homines & falſos Eccleſiæ Doctores deſcribere & depingere, nec non illorum erroneam doctrinam ſanis ſermonibus conuincere & confutare, ne ſimpliciores decipiantur, & relicto paſtore uocem Lupi ſequantur.

Poſtquam igitur oſtendi ueræ pœnitentiæ cauſas & partes adeoq; ueram hominis peccatoris coram Deo iuſtificationem ſubiungam hic in fine ſummam contrariæ doctrinæ cum ſuis dilutionibus & confutationibus, ut ab omnibus pijs eo facilius caueatur ac declinetur.

Hic inprimis obſeruandum eſt unam & eandem ſemperq; ſibi ſimilem atq; conſiſtentem eſſe doctrinam & ueritatis longa diuturna & conſentanea, uel inde uſq; ab initio mundi duratione continuatam, cum falſa ueritatiq; contraria doctrina (ſicut omne aliud malum) ſit multiplex & diuerſiſsima.

Quemadmo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Quemadmodum in agro triticum eſt ſemper eiuſdem ſimul coloris uirtutis, naturæ, cum alia terræ naſcentia, quæ ſuppullulant, & cum tritico ſuccreſcunt in eodem agro, ut Zinzaniæ ſpinæ, tribuli ſunt diuerſißima, ſic etiam ſe habet cum doctrina ueritatis, & cum uarijs erroneæ doctrinæ generibus ac ſpeciebus. Ego tamen eas tantum phanaticas opiniones, quæ cum loco pœnitentiæ & Iuſtificationis pugnant & huic præcipuæ & principali ueritati repugnant ac aduerſantur recenſere & confutare decreui.

DE PAPISTIS.

Papiſtæ uocantur omnes, qui doctrinam Papiſticam docent, audiunt, & ueram eſſe credunt ſeu quia adherent Papæ, id eſt, Romanis pontificibus, & ex Eccleſia, quæ Romana dicitur pendent. Omnes ſcilicet, quæ uocem Papæ non Chriſti audiunt, & doctrinam, quæ Chriſti doctrinæ penitus repugnat ſectantur, à uera doctrina Chriſti, & Eccleſia prorſus alieni, quorum partim Catalogum uide in præfatione huius tractatus, cum alijs qui Scholaſticæ Theologiæ non tam diſcipuli quam reliquiæ, ne dicam feces & ſciusquiliæ ſeu caudæ titionis decretorum & decretarium eſſe comprobantur. Hi ut in alijs multis, ita uel maxime in locis de pœnitentia & Iuſtificatione mirum in modum hallucinantur, & uocabulum peccati gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

tiæ, contritionis Fidei operum &c. deprauant & corrumpunt, ut infra facile patebit.

Ego primum auditores meos ad aureum locorum communium librum Domini Philippi Melanthonis Præceptoris mei colendißimi remitto, uidelicet, ut legant, diſcant ac libenter etiam perpendant, illic locum de Argumentis aduerſariorum ueritatis, quomodo ſit ad ſingula reſpondendum. Sunt autem illic duodecim Argumenta, uidelicet,

1. Quod Iuſticia ſit tantum obedientia.
2. Quod Fides ſit tantum noticia.
3. Quod dilectio iuſtificet.
4. Quod uoluntas DEI ſit nobis impoßibilis.
5. Quod Fides ſit opus.
6. Gratia ſit dilectio infuſa.
7. Quod propter nouos habitus non placamus Deo.
8. Fides, Spes & Charitas non diſtinguantur.
9. Bona opera mereantur uitam æternam.
10. Quod iuſticia ſit dilectio Dei.
11. Quod iuſticia ſit in uoluntate.
12. Quod Fides & opera ſimul iuſtificent.

Quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

13. Quod Fides cum dilectione iuſtificet.

14. Quod noſtra obedientia mereatur uitam æternam.

15. Quod noſtra remiſsio mereatur remiſsionem peccatorum.

16. Quod remiſsio fiat propter dilectionem.

18 Quod uita æterna ſit merces pro operibus.

Has propoſitiones in ſingulis argumentis obſeruent Studioſi, diſcantq; ſingula argumenta refutare ex ipſis Locis communibus, ne ueram de iuſtificatione ſeu reconciliatione doctrinam per ea labefactari permittant, plura Argumenta aduerſariorum, uide in Apologia Philip. de quibus infra.

Porro quod Papiſtæ ſeu Scholaſtici Theologi recte de pœnitentia & loco iuſtificationis docere nequeant, in cauſa eſt ignorantia ſeu inſcitia tum Peccati & Legis adeoq; uere contritionis, tum CHRISTI ſaluatoris noſtri, neque enim quid uere peccatum, quid Lex, quid contritio ſit ſciunt, neque CHRISTVM uere cognitum habent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

QVID PAPISTAE DE peccato ſentiunt.

Primum de ignorantia peccati dicam, Affirmant poſt lapſum Adæ naturales homines uires integras & incorruptas manſiße.

Deinde hominem naturaliter habere rectam rationem & purum intellectum.

Poſtremo etiam liberum Arbitrium, & bonam uoluntatem, Et inde concludunt hominem proprijs naturæ uiribus poſſe toti Legi Dei ſatisfacere, hoc eſt, poſſe facere quæ bona ſunt, & omittere quæ mala ſunt iuxta præſcriptum Decalogi, & ſic raciocinantur. Quanquam ipſa natura humana per Adæ lapſum uitiata eſt, uires tamen naturales ſunt integræ & incorruptæ, ergo & intellectus purus & uoluntas bona & integra eſt, & ſic per conſequens omnia perfecta ſunt, & homo rectam rationem & liberum Arbitrium habet & poteſt Deum diligere ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſum.

Hæc deliria Papiſtica proueniuut ex ignorantia peccati originalis, ignorant enim, quod peccatum originis tam immenſa corruptio naturæ ſit, ut illam nulla ratio perſpiciat in tantum hominem in ruinam traxit, ut neq; uires habeat integras, neque liberum arbitrium, ſed ratio cæca eſt, intellelectus erroneus & uoluntas praua & mala.

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Sic itaq; reſpondendum eſt ad antecedens. Quanquam uires hominis in externis & corporalibus rebus, adeoq; politicis officijs, iuxta qualemcunq; rationis lumen aliquid præſtare poteſt, ut in rebus ciuilibus indies uidemus, uidelicet, hominem habere uoluntatem, rationem liberum Arbitrium, et poteſtatatem edificandi domũ, gubernãdi nauem gerendi magiſtratum, generandi prolem, regendi familiam & ſimilia officia politica & œconomica faciendi, tamen in rebus diuinis, in ſpiritualibus, ut uocant, & in foro conſcientiæ coram Deo nihil aliud habet homo, merſus in impietate & Diaboli ſeruus factus, quam tenebras, errores, maliciam & peruerſitatem uoluntas & intellectus, ut hic ſit omnino deprauatus, & illa prorſus inimica & aduerſaria DEO, quod ita ſe habere credendum eſt ex Scripturæ ſacræ reuelatione, Gene. 3. Timui quod Nudus eſſem, & abſcondi me. Hic Adam non tantum nuditatem corporis, & ueſtium cauſſatur, ſed etiam male conſcientiæ, quod de nudatus eſſet omnibus ſpiritualibus bonis, quibus Legi DEI ſatisfacere deberet, ut coactus ſit abſcondere ſe in tenebris ignorantiæ, priuatus uera luce & cognitione Dei, nullum habens liberum arbitrium ſeu facultatem uoluntatis ad eligendum & expetendum ea quæ DEVS præcepit & reijcienda quæ prohibuit, nullum intellectum purum, nullas uires ſpirituales integras & incorruptas,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ſicut habuit ante lapſum in natura integra & incorrupta, propterea timuit in conſpectu Dei, propterea abſcondit ſe &c. Gene. 6. & 8. Omne figmentum cogitationum cordis humani malum eſt ab adoleſcentia ſua. Et Ierem. 7. Peruerſum eſt cor ſuper omnia & miſerum & inſcrutabile.

Hi loci uel hæ ſententiæ oſtendunt homines non tantum imitatione & conſuetudine peccare, ſed in ipſo corde prauitatem eſſe herentem in pueris iam naſcentibus, Pſal. 51. In peccatis concepit me mater mea. Hic Dauid ex adulterij & homicidij lapſu ductus eſt in cognitionem ſui, & totius humanæ naturæ, quod tam ſanctus Rex tam ſtudioſus Legis & cultus Dei per innatam carni malitiam & peccatum originale ſit oppreſſus & uictus.

Euidens Argumentum eſt naturam grauiter peccato infectam & corruptam eſſe, adeoq; Dauidem hunc generalem totius peccati ſenſum ex illo lapſu adulterij & homicidij accepiſſe, ut inde concluſerit, neque arborem, neq; fructus humanæ naturæ bonos eſſe. Sed omnia peccato ita deformata ac perdita, ut nihil iam boni in tota natura ſit integrum uel reliquum.

Pſal.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Pſal. 78. Recordabatur quod caro ſunt. Hic Dauid affirmat Deum ipſum manifeſte pronunciare ſententiam hanc, uidelicet, Omnes homines carnaliter ex Adam propagatos peccatores eſſe & ad peccandum inclinatos, quia caro ſunt & oſſa ipſius Adæ, ut Paulus inquit.

Et in nouo Teſtamento Roma. 5. unius delicto omnes mortui ſunt, & mors peruaſit in omnes, quia omnes peccauerunt in Adam, ſcilicet, id eſt, totum genus humanum in Adam lapſum eſt, & in omnes propagatum eſſe hoc malum, quod eſt peccatum, & omnes homines reos eſſe ut habeant peccatum rem malam & damnatam, per delictum enim unius intelligit peccatum originale, quo poſteri Adæ rei ſunt, & natura corrupta, qua uires animæ & corporis ita uiciatæ ſunt, ut per ſe uere obedire & ſatisfacere Legi Dei non poßint. Deinde pœnam originalis peccati ſubdit, ſcilicet mortem, & quidem mortem æternam. Item Lege de peccato regnante eodem cap. Rom. 5. De Lege membrorum, Roma. 7. de ſenſu carnis, Roma. 8. De Filijs iræ ad Ephe. 2. &c.

Hæ omnes et ſimiles multæ ueteris et noui Teſtamẽti, ſeu Prophetarũ & Apoſtol. cõgruentes et cõſentientes ſententiæ, neq; cũ Pelagio et Suinglio negãt peccatum originis, neq; cũ Scholaſticis Theologis extenuant illud, neq; cum Papiſtis oſtendunt fructus ſua arbore, hoc eſt peccata actualia ſine ori-

ginali

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ginali peccato. Sed oſtendunt totam illam molem & maſſam quam nos pueri naſcentes adferimus nobiſcum, ut caliginem in mente, auerſionem à Deo in uoluntate & contumaciam cordis, ac damnant arborem cum fructibus, & perſonam ipſam hominis in peccato originis concepti & nati, tantum abeſt, ut naturales hominis uires ſint integræ & incorruptæ, tantum abeſt, ut habeant liberum arbitrium ſatisfaciendi uel non ſatisfaciendi Legi Dei, tantum abeſt, ut poßint naturalibus uiribus Deum diligere ſuper omnia & proximum ſicut ſeipſum.

Quodnam obſecro, & quale liberum Arbitrium habuit populus Dei iam purificatus & ſanctus ad montem Synai, Exod. 19. quando uenientem Dominum cum tonitru ſulphure & igne non acceptauerit non ſalutauerit nec cum gaudio amplexus fuerit, ſed exterritus & nihil habens conſilij tremuit, & auertit ſuam bonam uoluntatem à Deo, cuius uocem non potuit audire, non inquit loquatur nobis Dominus, ne moriamur.

Vbi hic liberum arbitrium? ubi uires hominis integræ & incorruptæ? ubi purus intellectus & bona uoluntas, ubi deniq; recta ratio eſt, cum ne iuſtificati quidem uoluerint, nec poterint audire legem, nedũ ei ſatisfacere, ubi fuit liberũ arbitriũ popule præfactæ ceruicis, qui ad duriuſculũ Dei uerbũ ſtatim doluit ac luxit, Exo. 33. Vbi fuerũt uires

ſatis-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ſatisfaciendi Legi Dei, cum populus hominis tantum, nempe uocem Moſi audire, non uelata ipſius facie potuerit Exo. 34. 2. Corin. 3.

Qua propter mere nugæ ſunt illæ commendationes liberi Arbitrij, & uicium humanaru adeoq; manifeſtus error & cœcitas pugnans cum prima parte pœnitentiæ, quo Papiſtæ cum ſuis ſcholaſticis maioribus omiſſo originali peccato de actualibus tantum doceant omiſſa horrenda corruptione naturæ & uirium humanarum, hominem Legi Dei ſatisfacere poſſe contendant. His enim delirijs tollunt ueram peccati cognitionē & contritionem.

Roma. 5.

Nos econtra noſtram miſeriam agnoſcere diſcamus, ut Chriſti beneficia intelligantur, Fateamur per unum hominem Adam introiſſe peccatum in mundum, per cuius obedientiam omnes peccatores facti ſumus, morti & Diabolo ſubiecti, uenundati ſub peccato, concepti in peccatis, nati Filij iræ &c. Quod hoc ſit originale & principale peccatum.

Deinde cum Scriptura ſacra concludamus etiam hoc, uidelicet, huius originalis peccati effectus eſſe mala opera, quæ ſunt in Decalogo probibita, ut diffidentia, falſa Fides, Idolatria, uacare metu, temeritas, deſperatio, cœcitas & ut ſummatim Dicam ignorantia & contemptus Dei. Deinde mentiri per nomen DEI, iurare non orare,

non

non inuocare Deum, uerbum Dei contemnere, inobedientem eſſe parentibus, cædes, libidines, furta impoſturæ oblocutiones &c.

Ita coniungi oportet arborem cum fructibus ut ueram in conſpectu Dei pœnitentiam agamus, nihil morantes ſcholaſticorum Theologorum ignorantiam, nec inſufficientes, peccati definitiones, nec monſtroſas diuiſiones, quas ponunt, & quas uobis in tabellis conſpicientes dabo, tantum ut iudicetis quam ſine fundamento edificant, quam obſcura, quam intricata, quam à uera Theologia Prophetarum & Apoſtolorum aliena, nec non ab Analogia fidei diſcrepantia ſcribunt, ut multo facilius te è quouis labirintho perplexiſsimo extricare, quam apud Scholaſticos Theologos ueram peccati rationem inuenire poſsis.

Primo enim peccatum originis extenuant, ut ſi quis recte conſideret, intelligat eos etiam reipſa Pelagium imitari. Docent peccatum originis imputationem tantum ſeu reatum eſſe.

Deinde fingunt homines Legi Dei uere obedire & ſatisfacere poſſe uiribus naturalibus, & tamen dicunt in natura hominis morbum quendam eſſe, uidelicet concupiſcentiam, quæ aliquantulum retardet rectam uoluntatem, hunc morbum uocant fomitem, & docent non eſſe peccatum, ſed tantum pœnam peccati originis, Argumentatur etiam i hunc modum.

Pecca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Peccatum originis deletur in Baptiſmo, Ergo poteſt homo proprijs uiribus ſatisfacere Legi Dei.

Reſpondendum eſt ad antecedens per dictum Auguſtini, Quod dictum eſt locis ſupra poſitis manifeſte probatum uidelicet peccatum in Baptiſmo remittitur, non ut non ſit, ſed ut non imputetur, per hoc quod ſit peccatum, ſcilicet in natura poſt Baptiſmum, intelligit uitium ipſum et naturæ corruptionē, per hoc uero quod nō imputetur peccatū originis poſt Baptiſmū intelligit imputationē ſeu reatum, Remittitur ergo filijs Adæ ſeu filijs iræ Dei in Baptiſmo tantū imputatio, hoc eſt reatus, uidelicet, ut naturæ morbus cōdonetur credentibus, etſi reipſa ſit uitiū pugnās cū Lege Dei, manet morbus, ſed ita ut reatus remittatur & paulatim ex animis eijciatur morbus magis ac magis cū uid. accepto Spiritu ſancto corda iam nouos ac pios motus concipiunt, ut timorem Dei, fiduciā Dei &c. etiamſi reliquiæ morbi hereant in natura Iuſtificati etiam hominis uſq; ad ſepulchrum, ita ut non prorſus tollantur aut reijciantur. Et per conſequens uires hominis iuſtificati non ſunt reuera & formaliter integri nec poſſunt perfecte obedire Deo & ſatisfacere Legi Dei.

Argumentum igitur hoc ſcholaſticorum Theologorum eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter

quia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

quia cum originale peccatum ſit, non tantum imputatio ſeu reatus, ſed etiam naturæ corruptio atq; inobedientia, reatus tantum tollitur in Baptiſmo, corruptio uero manet in renatis etiam poſt Baptiſmum, & reliquiæ corruptionis ad ſepulchrum.

Qua propter cum his & alijs ſimilibus opinionibus, Papiſtæ & Scholaſtici Theologi de peccato originis hallucientur ac delirent, Neceſſarium eſt, ut ſanis ſermonibus conuincantur & confutentur, ut ſincera & germana Scripturæ ſententia de peccato originali maneat in corrupta, uidelicet ut in prima parte pœnitentiæ, ſcilicet, in contritione primum & ante omnia, peccatū originis agnoſcatur & lugeatur.

QVID PAPISTAE DE Lege & operibus ſentiunt.

Dato uno inconuenienti ſequuntur plura: ſicut de originali peccato, non recte ſentiunt Papiſtæ cum ſuis Theologis. Ita neq; de Lege & operibus recte ſentiunt. Primum enim ex una parte Legi ſuam autoritatem derogant. Deinde ex altera parte, pluſquam nimium Legi tribuunt & aſſcribunt. Nam ut de primo membro dicam, Legis autoritati derogant, per hoc primum, quod ex præceptis Dei conſilia tantum faciunt & numerant in Euange-
lijs

lijs duodecim conſilia, quæ multis modis, ut infra uidebimus à præceptis diſcernunt, quaſi Chriſtus hîc tantum dediſſet conſilium ſuum non ex Decalogo in his locis quicquam præcipiſſet.

Primum quod conſilium uocant, & à Chriſto præceptis adiectum affirmant de paupertate Monaſtica ſeorſim interpretantur, ut ſunt hi duo loci, Matth. 19. ut omnis qui reliquerit domum &c. propter me, centuplum accipiet, & uitam æternam poßidebit, & Luce 14. Qui non renunciat omnibus, quæ poßidet, non poteſt meus eſſe Diſcipulus. Sed quis non uidet ueram horum locorum ſententiam eſſe, de ferenda cruce & perſecutione propter Chriſtum, quod abeſt longißime à ficta Monachorum paupertate, & pertinent hi loci ad ſecundum præceptum Decalogi, de confeßione Fidei, & de cruce & perſecutione.

Secundum conſilium ut uocant, ad obedienti- Matt. 23.
am Monaſticam trahunt, ut ſunt hi duo loci, ſuper Matt. 26
Cathedram Moſi ſedent Scribæ & Phariſei &c. Item ſi quis uult poſt me uenire abneget ſeipſum & ſequatur me. Qui tamen loci ſunt de uera, tum in uerbo Dei audiendo, tum in cruce, & perſecutone obedientia.

Tertium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Tertium conſilium tribuunt caſtitati Monaſticæ, & ſunt hi duo loci, Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum Dei. Item dictum eſt antiquis, non Mechaberis: Ego autem dico uobis, Qui uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam, adulteratus eſt in corde ſuo. Hic prior locus eſt de uera continentia, quæ paucorum eſt, nempe quibus hoc datum eſt, ut corpore & animo ſe contineant extra coniugium. Alter uero locus reuocat ſextum Decalogi præceptum ad cor ipſum, ne ſit tantum externa diſciplina ſeruandum. Caſtitas autem Monaſtica nõ eſt uera continentia, ſed impurus eſt doctrinis Demoniorum celibatus. 1. Timo. 4. Porro hæc tria nunc poſita uocant Scholaſtici Theologi conſilia ſpiritualia & ſubſtantialia omnis perfectæ religionis, Monachatus.

Quartum conſilium uocant charitatis, Diligite inimicos ueſtros, & exponunt eſſe perfectionem, ſi quis oſtendat inimico ſigna beneuolentiæ uel iniuriam paſſus reconciliationem quærat. Sed Chriſtus hic quintum præceptum ad cor hominis reuocare ſtudet.

Quintum affirmant eſſe manſuetudinis. Si quis te percuſſerit in unam maxillam, obuerte ei & alteram. Item, Qui tecum uult contendere iudicio, & tollere tunicam tuam, relinque ei & pallium, ſed hic iterum reuocat quintum præceptum ad cor ipſum, & manifeſtum eſt deferenda iniuria.

Sextum

Sextum conſilium uocant miſericordiæ, & liberalitatis ſeu erogationis, ut ſunt hi duo loci. Omni petenti te tribue, Luc. 6. Item, Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Sed in utroq; loco, Chriſtus ad cor ipſum reuocat, & ſeptimum præceptum, ut homines ad ueram ſuorum peccatorum & delictorum agnitionem perueniant.

Septimum de ſimplicitate uerborum interpretantur ut cum Chriſtus dixerit, ſit ſermo ueſter eſt, eſt, non, non. Item. Ego dico, nihil omnino iurandum eſſe, quaſi tantum dediſſet conſilium non iurandi, ſed ad cor ipſum, tam ſecundum quam octauum præceptum Chriſtus ſtuduit reuocare.

Octauum affirmant eſſe de uitanda occaſione peccandi, ut ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, Matth. 18. quaſi conſilium ſit & non præceptum fugiendi prauum conſortium & ſodalitium etiam intimorum amicorum.

Nonum, ad rectam intentionem & ſimplicem finem pertinere contendunt, ut Matth. 6. Attendite ne Eleemoſynam ueſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Item, Neſciat ſiniſtra tua, quæ faciat dextra tua. Item, Sic luceat LVX ueſtra coram Hominibus &c. Sed

hæc ſunt egregia præcepta Dei, partim ad ſeptimum Decalogi mandatum de liberalitate erga egentem proximum, partim ad totam ſecundam tabulam de bonis operibus in genere, uidelicet, ut fiant ad gloriam DEI & proximi commodum ac ædificationem referenda.

Decimum eſt eis de conformitate operis cum doctrina, ut Matth. 23. Ligant onera grauia & digito nolunt ea mouere, dicunt & non faciunt. Item Luce. 6. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo &c. Verum quis non animaduertit hic eſſe ſerium DEI mandatum, ut uita docentis reſpondeat ſanæ doctrinæ, ne cum alijs prædicauerit, ipſe reprobus efficiatur.

Vndecimum ſubiungunt de non habenda ſolicitudine, ut Matth. 6. Nolite ſoliciti eſſe. Item. Nolite cogitare de craſtino. Sed Chriſtus hic ex ſeptimo præcepto Decalogi, prohibet impiam ſolicitudinem, de uictu conſequendo, de Mammona colligendo &c.

Duodecimum addunt quoq; de fraterna correptione, ut Matth. 17. Si frater tuus in te peccat corripe eum &c. Sed eſt arduum Dei mandatum, de reuocando & lucrando fratre, nimirum alias perituro.

Hic Legi diuinæ ſit ſumma iniuria per extenuationem & derogationem, cum hæc ſeria & ardua Dei præcepta, non ſolum in conſilia mutare, ſed etiam à præceptis penitus & multis modis diſtinguere præſumant.

Primum enim definiunt conſilium, quod ſit perſuaſio boni melioris, ad quod non tenemur.

Deinde diuidunt conſilia contra Præcepta uidelicet, quod ad Præcepta non ad conſilia nos obligemur, quod LEX dat præcepta, EVANGELIVM uero conſilia.

Tertio, quod conſilium pertinet ad perfectos, præceptum ad perficiendos.

Quarto, Quod præcepta ſeparent nos ab illicis, Conſilia tantum à concenſis.

Quinto, quod per Præcepta declinemus peccata, per conſilia uero occaſionem peccandi, quod præcepta non ſeruata pœnam, conſilia uero ſeruata, nullam adferant pœnam.

Hæc Scholaſticorum Theologorum doctrina quia Legi derogat ſuam autoritatem uires & efficatiam, ac ubi peccatum eſt, ibi peccatum eſſe negat, Contraria eſt primæ parti pœnitentiæ, nempe contritioni. Quomodo enim ad ueram animi contritionem de peccatis perueniant illi qui Legem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

pro ſua cæcitate ſic extenuant, ut affirment ſe perfectos eſſe, Legiq; Dei ſatisfacere poſſe? quod quantum abſurditatis in ſe contineat, non eſt ex Scriptura ſacra difficile iudicare.

Verum adhuc eſt magis abſurdum præferre diuinæ Legi fictam Monachorum paupertatem & mendicitatem, præterea Monaſticam obedientiam, & fictum ſub nomine caſtitatis cœlibatum, quæ non ſunt opera à Deo mandata, ſed humanæ traditiones.

Cæterum abſurdiſſimum eſt hoc, quod putant legem Dei tantum de externa diſciplina concionari quem errorem Chriſtus in Phariſæis reprehendit, Matth. 5. & docet in quinto præcepto, non tantum prohiberi iniuſtam cædem, ſed etiam priuatam uindictæ cupiditatem, maleuolentiam iniuſta odia & ſimiles affectus uitioſos.

Deinde docet idem in reliquis præceptis, in quibus ut in toto Decalogo Lex requirit integram & perfectam obedientiam & iuſtum ordinem omnium uirium hominis ac interiorum & exteriorum actionum. Vide Locos communes Domimi Philippi. Melantho. de tribus præcipuis conſilijs inter hos duodecim iam enumeratos, ut de uindicta, paupertate & caſtitate, nos hic ſciamus ea.

quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

quæ Scholaſtici Theologi conſilia uocant eſſe uera, ſeria, ardua & grauia Dei præcepta, nobis à Chriſto propoſita, & in Decalogo comprehenſa, ut intelligamus nos non poſſe ſatisfacere Legi Dei, & ut quæramus miſericordiam & ad mediatorem Chriſtum confugiamus.

Quantum ad ſecundum membrum attinet, uidelicet, quod Legi plus nimium econtra tribuant manifeſtum eſt, quia Legi tribuunt iuſtificationem & allegant has & ſimiles ſententias. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata Dei, Item, Factores Legis iuſtificabuntur &c.

Addunt etiam de impletione Legis & fingunt homines poſſe ſuis uiribus ſatisfacere Legi Dei, habere liberum arbitrium &c. unde ſtatuunt ad iuſtificationem in adultis concurrere debere etiam auctus liberi arbitrij, motus à gratia præueniente & ſimul comitante, propterea negant ſolam Fidem ad iuſtificandum ſufficere & requiri etiam ſpem, charitatem & actum pœnitentiæ charitate informatum.

In ſumma ſtatuunt LEGEM & Legis opera ſeu diſciplinam in non renatis mereri de congruo gratiam grata facientem & iuſtificationem, In renatis uero de condigno uitam æternam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

cauſantes eos implere Legem, & Dei uoluntatem ſequi, ideo mereri coronam iuſticiæ &c.

Mereri autem de congruo uocabant, quando aliquis ſua diſciplina, & ſuis operibus impetraret fidem, gratiam infuſam, & habitum infuſum, qua Fide acquiſita cœpit mereri de condigno, quando formabat Fidem per charitatem &c. unde hæc uocabula ſunt excogitata, Fides acquiſita, informis formata, implicita, explicita etc. Item, meritum de congruo, de condigno, opus operatum, ſine bono motu utentis, habitus infuſus & alia portenta uerborum, de quibus nos admonemur, ut ea fugiamus Nam obſcurant imo tollunt Chriſtum ſaluatorem.

Porro cum diuum Paulum, ad Roma. detrahere Legi iuſtificationem intelligant, ut cum inquit, Arbitramur iuſtificari hominem per Fidem ſine operibus Legis, calumniantur Pauli ſententiam et exponunt de Lege Ceremoniali tantum, ut ſine operibus Legis ſit ſine Ceremonijs tantum & non ſine moralibus tantum operibus, quæ non uolunt à iuſtificatione hominis excludi, ſed tantum illam partem Legis, ſcilicet de Ceremonijs Legalibus ſeu Moſaicis.

Poſtea tamen quod multo deterius eſt, non Ceremonijs tantum, ſed omnibus etiam traditionibus humanis, ut decretis pontificum, ſomnijs Mo-

nachorum

nachorum &c. tribuerunt iuſtificationem & aſ-
firmarunt eas conducere ad remiſsionem peccato-
rum, & mereri ſalutem æternam.

Hæc tria monſtra ad minus, ſunt ordine con-
ficienda, ſanisq; ſermonibus conuincenda & con-
futanda.

Primum, uidelicet, quod Papiſtæ & Scholaſti-
ci Theologi Legi tribuunt iuſtificationem coram
Deo.

Secundum, quod ſententias Pauli calumni-
antur.

Tertium, quod affirmant inſuper etiam
traditiones humanas conducere ad remiſsionem
peccatorum & mereri uitam æternam. Hæc enim
omnia ſunt impia & damnata, Nam delent præci-
puum Articulum de Fide, qua iubet Deus unum-
quemq; agentem pœnitentiã, ſtatuere uere ſibi re-
mitti peccata, propter mediatorem Chriſtum, non
propter alias placationes, uel ex Lege, uel ex tra-
ditionibus humanis confictas, delent Euangelium
Chriſti, imo delent mortem & ſanguinem Chriſti.

Primum igitur quod Lex non iuſtificet ho-
minem peccatorem in conſpectu Dei, manifeſtum
eſt, quia Lex non poteſt fieri ſine Chriſto, Pæda-
gogus enim eſt ad Chriſtum, & Chriſtus eſt finis
Legis. Nam ſine me inquit Chriſtus, nihil poteſtis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

facere, ſine Fide impoßibile eſt placere Deo, imo quicquid non eſt ex Fide peccatum eſt.

Hæ & ſimiles ſententiæ ſatis oſtendunt Legem non poße fieri ſine Chriſto, hoc eſt, niſi poſtquam credimus in Chriſtum & Fide iuſtificati ſumus, & renati accipimus ſpiritum ſanctum. His enim Lex ipſa alioqui per carnem infirma ſtabilitur, ut Paulus inquit Roma. 3. Quomodo ſtabilitur Fide? quando ſcilicet, Fide renati concipiunt Spiritum ſanctum, & habent motus conſentientes Legi Dei, quibus inchoetur ſaltem aliqua Legis impletio, quæ placeat Deo, donec in æterna uita perficiatur.

Cum itaq; Lex non poßit fieri ſine Chriſto, ſine Spiritu ſancto, cumq; Fides ſtabiliatur, qua fronte Legis iuſtificationem audent Schola. Theol: prædicare, quo ore præſumunt honorem Chriſti (qui nos à maledictione Legis redemit) in Legem & opera Legis transferre.

Contra. Chriſtus Matth. 19. inquit, Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata, Et Paulus Rom. 2. Factores Legis iuſtificabuntur.

Reſpondeo. Concedo Chriſtum & Paulum proponere Legis promißionem cum conditione implendæ Legis, ut quæ facit ea, uiuet in eis.

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Sed ubi eſt ille obſeruator & factor Legis? Nonne Deus miſit Filium ſuum in mundum, ut iuſtificatio Legis impleretur in nobis, quia impoßibile erat Legi nos iuſtificari.

Iuſticia Legis eſt facere Legem, Nemo autem facit Legem, Ergo nemo ſit iuſtus Lege.

Maior eſt manifeſta ex his ſententijs. Si uis ad uitam ingredi. Item factores Legis &c. Item, Qui facit ea &c.

Minor ex eo uel maxime probatur, quod neceſſe ſit Legem ſtabiliri Fide propter impoßibilitatem ex infirmitate carnis prouenientem.

Ergo, procul à perfectione Legis abſumus et impletio Legis eſt imperfecta et immunda, nunquam enim tantum diligimus quantum debemus, nec poteſt humana natura reſiſtere Diabolo ſuis uiribus nec Legem facere, ne dum ei ſatisfacere poteſt. Quare nec dilectio, nec opera dilectionis, ut dare Eleemoſinam remittere proximo &c. non iuſtificant, quia ſunt imperfecta & immunda, nec ſine Chriſto fiunt, ſed Fidem ſequi debent & placent Deo propter perſonam Deo fide reconciliatam in Chriſto uel propter Chriſtum.

Exem-

Exemplum, ut maior harum charitas, ſcilicet in Chriſto, Charitas eſt impletio Legis, ſcilicet, in Chriſto. Charitas eſt uinculum perfectionis, ſcilicet in Chriſto, Redime peccata tua Eleemoſynis, ſcilicet in Chriſto uniuerſa delicta opera & charitas, ſcilicet in Chriſto, factores Legis iuſtificabuntur, ſcilicet in Chriſto, hoc eſt, qui credunt & habent bonos fructus (ut Fides non ſit inanis cogitatio) iuſti pronunciantur. Ita ſoluit hæc una Regula, ſcilicet (quod Lex non poßit fieri ſine Chriſto) omnia Argumenta de operibus, & ad omnes ſententias Legis reſponderi poteſt, quia non Lex, ſed Chriſtus eſt ſalus noſtra, non Lege ſed Fide iuſtificamur. Nam Legis impletio nulla eſt ſine Chriſto, ſine remißione peccatorum, ſine miſericordia Dei, ut ſunt egregiæ ſententiæ Diui Auguſtini. Da quod iubes, & iube quid uis. Item omnia mandata Dei implentur, quando quicquid non fit ignoſcitur, & uita hominis quantumcunq; laudabilis remota miſericordia Dei damnatur.

Præterea ſi reſpicias officium Legis nihilminus facit, quam quod iuſtificet, ut enim Lex eſt, uerbum iræ triſticiæ, peccati, maledictionis, mortis & damnationis. Ita non diligit homines peccatores, ſed accuſat eos, oſtendit eis peccatum, conterit & perterrefacit eorum conſcientias, minatur mortem & occidit, adducit in deſperationem, ſubijcit & retinet homines ſub maledictio, deijcit & humiliat eos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

eos,redigit eos in cognitionem peccati,iræ, mortis & inferni reos non iuſtos facit.

In ſumma, Lex auget & abundare facit peccatum, immundiciem, cæcitatem, miſeriam, impietatem,ignorantiam,odium,contemptum Dei, mortem,infernum,iudicium & commeritam iram apud Deum, Idq́; antea ſine doctrina Legis non crediderat homo, cum extenuaret peccatum, quaſi paruum, exiguum & propemodum nihil, donec aperti ſunt oculi eius, & Lege territus & humiliatus abiecerit animum & deſperauerit ,anxie cupiens ſibi adferri auxilium & conſolationem.

Hæc officia Legis ex Scriptura ſacra ut ſcorſim ex Epiſtolis Pauli ad Roma. & Gala. probari poßunt, Ita diuerſißima ſunt ab hominis iuſtificatione coram Deo. Lex enim quantumuis bona ſancta & iuſta eſt, tamen iuſticiam & uitam ex Lege non habemus, ſed aliunde quærenda ſunt, nempe ex Euangelio,ex Fide,ex miſericordia Dei, ut Dauid Lege eiectus erigitur ſola miſericordia Dei,Miſerere mei Deus inquit &c. Sic & omnes peccatores pœnitentes, ſi ad miſericordiam Dei confugiunt, tunc iuſtificantur & ſaluantur, tantum abeſt, ut Lege (quæ damnat eos) coram Deo iuſtificentur. Imo Lex condemnauit & occidit CHRISTVM ipſum, & ipſa uicißim damna-

ta &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ta & occiſa per Chriſtum, quem ergo iuſtificaret. Deſcribitur eſſe malleus contereus petras duriſſimas, ignis comburens ſyluas, & uentus ſubuertens montes, id eſt, induratos & ſuperbos hypocritas. Miniſtra eſt gratiæ, non datrix. Pædagogus eſt ad Chriſtum, non Chriſtus, carcer hominis, non liberatio ſeruos generat non liberos. Ideo iugum oneris & ſeruitutis appellatur.

His officijs ac deſcriptionibus Legis bene conſideratis apparet uelamen eſſe poſitum, ſuper cor Papiſtarum. & Scholaſtici Theologorum, ut humanam de Lege tantummodo opinionem alant, cum ſentiant homines Lege iuſtificari poſſe coram Deo.

Porro quod calumnia ſit aſſuere diuo Paulo falſam hanc interpretationem, quod in Epiſtola ad Romanos intelligat per LEGEM Ceremonias Legis tantum, et non totam Legem.

Conſtat primum ex eo, quod omnia peccata, tam Iudæorum quam gentium, quæ enumerat Capite primo & ſecundo, ſunt transgreſsiones Decalogi contra Deum & proximum, & tamen dicit tales peccatores pœnitentes iuſtificari fide gratis ex gratia, & non ex Lege, per quam oſtendit Iudæis & gentibus ſua peccata &c.

Deinde

Deinde gloriatio Abrahæ excluſa eſt coram Deo per hoc, quod Paulus non detraxit uni circumciſionis Ceremoniæ iuſtificationem, ſed omnibus operibus & uirtutibus Abrahæ, uidelicet timori dilectioni patientiæ, temperantiæ, & ſimilibus benefactis ac uirtutibus Abrahæ, quod oſtendit particula coram Deo, Nam Paulus bene nouit, neq; Abraham, neq; ullum hominem poſſe ſatisfacere Legi Dei. Loquitur ergo de iudicio Dei, loquitur de omnibus hominibus, exemplum ſumens ex Abraham. Nam in omnes competit, iuxta illud. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.

Poſtremo, quod diuus Paulus totam Legem complectitur, & non tantum Cæremonias. Conſtat ex eo quod cap. 7. ſumpſerat exemplum ex Decacalogo, cum ſic ſcribit. Peccatum non cognoui, niſi per Legem, Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi Lex dixiſſet, non concupiſces. Hoc mandatum eſt morale, uidelicet in Decalogo comprehenſum. Igitur diuus Paulus non tantum de Ceremonijs, ſed præcipue de ipſo Decalogo loquitur.

Valeant ergo Sycophantæ cum ſuis calumnijs & uincat ueritas ipſa, uidelicet, quod noſtri iuſtificatio non Legi uel Cæremoniali uel morali, ſed ſoli Chriſto tribuatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Tertium monſtrum Papiſticum, uidelicet, quod traditiones humanæ ſeu opera, quæ ſunt extra Decalogum inuenta & obſeruata, iuſtificent homines coram Deo, qualia ſunt miſſa Papiſtica peregrinationes, indulgentiæ, uita Monaſtica &c. facile confici poteſt. Primum à maiori, ſi Lex & opera Legis non iuſtificant, multo minus traditiones humanæ iuſtificare quenquam poſſunt. Deinde ex his manifeſtis Scripturæ ſacræ locis, fruſtra me colunt docentes doctrina & mandata hominum. Matthæi decimoquinto. Item, Regnum Dei non uenit cum obſeruatione, Lucæ decimoſeptimo. Item, Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Matthæi decimoquinto. Stultum eſt igitur obſeruare traditiones humanas, præſertim hac opinione quod eis conſequi uelis remiſsionem peccatorum, iuſticiam, & uitam æternam, Hactenus id quod de Lege ſentiunt Papiſtæ (quantum ad locum pœnitentæ & Iuſtificationis attinet) confutatum eſt ut mendacium cedat ueritati, ne ſeducantur etiam electi.

QVID DE CONTRItione ſentiunt Papiſtæ.

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Scholaſtici Theologi conſtituunt tres partes pœnitentiæ. Contritionem, Confeßionem & ſatisfactionem.

Contritionem uocant dolorem uoluntariè pro peccatis aſſumptum cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi, quibus addunt conſolationem & promißionem. Si homo rectè ageret pœnitentiam, confiteretur & ſatisfaceret, tunc mereretur per & propter hæc tria remißionem peccatorum, & iam eſſet pro peccatis coram Deo ſatisfactum. Contritioni enim & ſatisfactioni culpæ remißionem, ſatisfactioni uero pœnæ remißionem tribuerunt, hoc eſt, contritus & confeſſus abſolueretur quidem à peccato, ſed interim niſi ſatisfaceret ſuis operibus pœnam ferret, uel hic, uel in purgatorio, quam pœnam deberet in tempore, nunc oratione ſua deprecari, nunc in ieiunio, nunc Eleemoſynis (ut principalibus ſatisfactionis partibus) nunc uigilijs, peregrinationibus diſciplina &c. (ut ſecundarijs partibus ſatisfactionis) redimeret, quibus impetraret gratiam, remißionem pœnæ & expurgationem reliquiarum culpæ.

Sic in ſua falſa pœnitentia iubebant homines confidere ſuis proprijs operibus & tantum uitæ ſpatium à Deo petere, quantum ad pœnitentiam hanc agendam & ad uitam corrigendam ſufficeret.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Hic nulla Chriſti, nulla Fidei mentio fiebat, ſed quiſq; ſperabat ſe ſuis proprijs operibus coram Deo peccata ſua ablaturum & aboliturum eſſe.

Porro, quantum ad contritionem attinet, poſuerunt duplicem dolorem in contritione quorum alterum perfectum, alterum imperfectum appellauerunt.

Perfectus dolor eſſet ſolicita cogitatio & recordatio omnium peccatorum per totum annum commiſſorum, adeoq; commeritæ pœnæ, Hanc ſpem doloris uocarunt proprié contritionem.

Imperfectus dolor eſſet quorundam tantum peccatorum recordatio, quam ſpem uocarunt attritionem. Cum enim nemo ſciret, quanta deberet eſſe Contritio ut ſatisfacere poſſet coram Deo, nec omnia ſua peccata uel recordari uel confiteri poſſet, addiderunt ei pro conſolatione, Attritionem quaſi dimidiam contritionem ſeu incoationem contritionis, ut hæc pro contritione ſufficeret, quando confitebantur. Exemplum, ut ſi quis amore meretritio captus aut uindictæ cupiditate incenſus negaret ſe poſſe contritionem habere, ſeu dolere pro iſtis peccatis, nec ponere obicem (ut loquuntur) hoc eſt, non poſſe remouere peccatum, non poſſe ceſſare à conſenſu & actu peccandi;

non

non poſſe odiſſe pecccatum &c. Tunc interrogatus an optaret contritionem habere & ſaltem uelle non peccare, ſi reſpondebat etiam, accipiebant ſtatim illud pro contritione, cum eſſet tantum attritio, iuxta illorum opinionem, id eſt, imperfectorum, contritio & ſtatim remittebant ei ſua peccata, propter huiuſmodi bonum opus ſcilicet.

In his & eiuſmodi ſomnijs de contritione uidemus quomodo humana ratio cecutiat ut à proprijs operibus pro ſuo arbitrio conſolationem ſine Chriſto & ſine Fide fruſtra petat,

Cum itaq; talis contritio ficta ſit & ſimulata cogitatio, uidelicet, ex proprijs uiribus profecta ſine Fide & ſine cognitione Chriſti, nec uere quenquam perterrefaciat, nec mortificet peccati libidinem & cupiditatem, merito ſanis ſermonibus confutanda eſt & prorſus repudianda, cum ſua confeßione auriculari, qua quiſq; cogebatur omnia ſua peccata (quod impoßibile erat) enumerare, cumq; ſua ſatisfactione & hac quoq; impoßibili, quæ ex diametro pugnat ſatisfactione Chriſti. Nam impia ſunt confutanda, ne ſuus pietati ſucceſſus prohibeatur ac impediatur.

Cum autem ſupra poſitum ſit, quid ſit uera pœnitentia, quid uera contritio, & quid de eis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ſentiendum ſit, hic breuior ero tantumq́; ,ſcrupulum hunc unum è uia tollam, uidelicet, quod contritioni tribuant remiſsionem peccatorum, idq́; nullo modo ferendum eſt, ulli pio homini qui ſollicitus eſſe de ſua ſalute uelit.

Contritio ſeu timor & dolor in contritione duplex eſt, ſeruilis & filialis. Seruilis, qui fit ſine Fide, Filialis uero cum fide.

Dolor ſeruilis in contritione, quia Deum ſimpliciter odit & fugit, ſicut Diabolus (ut eſt horribilis pauor & dolor animi fugientis Deũ aut declinat in deſperationem, ut Saulis & Iudæ contritio ſeu dolor, aut ſe conuertit ad hypocryſin & tribuit ipſi dolori iuſtificationem & remiſsionem peccatorum, ut Scholaſticorum & Papiſtarum dolor & contritio, quæ & ipſa tandem adigit eos ad ſperationem, quando cogitant dolorem ſuum non ſatis dignum ac ſufficientem eſſe, cum neq́; recordentur omnium ſuorum peccatorum, neq́; confiteantur omnia, neq́; pro eis ſatisfaciant. Vnde quanta debet eſſe contritio prorſus ignorant, & cum eum non habeant aliunde conſolationem in dubio uerſantur & tandem deſperant ac damnantur.

Filialis

Filialis uero dolor Fidem coniunctam habet, & eſt quidem uerus pauor, & uerus dolor, ſed ad uitam, non ad mortem, hoc eſt, Quanquam agnoſcit ex Legis prædicatione iuſtam iram Dei, & uere dolet, quod neglexerit aut contempſerit DEVM, tamen non ita ſimpliciter aut omnino fugit DEVM, quin magis intendat in finem Legis CHRISTVM, per Euangelij prædicationem, & accedit ad DEVM ac ueniam petit, qualis fuit contritio primi hominis Adæ, Dauid, Petri, Mulieris peccatricis, Lucæ 7. Latronis & ſimilium.

Talis dolor placet Deo propter Fidem, quam coniunctam habet, ut Eſa. 66. Ad quem reſpiciam, niſi ad contritum corde & trementem ſermones meos? Imo talis dolor fit ſacrificium, quo ſanctificatur Deo cor contritum, ut Pſal. 51. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor contritum & humiliatum DEVS non deſpicies. Et Pſal. 34. Prope eſt Dominus confractis corde & contritum ſpiritu liberat, Et Pſal. 147. Sanat contritos corde & medetur doloribus eorum.

Sanat (inquit Auguſtinus) contritos corde, ſanat ergo humiliatos corde, ſanat confitentes, ſanat ſeipſos punientes, in ſeſe ſeuerum iudicium exercentes, ut poßint eſſe illius miſericordiam ſentientes. Conuerte ergo cor tuum, confitere, age, dic ſequen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

quentia. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc enim dicere, Infelix ego homo, iam cor conterere eſt, ille ſperet fœlicitatem, qui confitetur infœlicitatem, dic ergo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? ut reſpondeatur tibi, Gratia Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Hæc Auguſtinus & alia quæ Legis ibi de uera contritione, deq; uera confeßione quibus coniuncta eſt Fides, quam miſericordiam apprehendit peccator, de ſatisfactione per opera, ne unum uerbum addit ſed infœlicitati peccatoris, cor ſuum conterentis & peccata ſua confitentis annectit ex Euaugelio & Fide cum diuo Paulo liberationem per gratiam Dei, propter Ieſum Chriſtum, Tantum abeſt ut uel contritio uel confeßio, ne dum ſatisfactio Papiſtica mereantur remißionem peccatorum aut iuſtificent peccatorem in conſpectu Dei, Cum ne uera contritio coniuncta cum Fide iuſtificet quenquam, ſed gratia liberentur credentes in Chriſtum per Fidem & propter Chriſtum

Neceſſe eſt ergo non ſolum taxari & abijci, ſed etiam in æternum damnari Papiſtarum opinionem, quæ fingit homines contritione mereri remißionem peccatorum ſeu dari remißionem peccatorum propter dignitatem ipſius. Retinenda

nenda eſt enim uox Euangelij quæ clamat, Gratis remitti peccata propter Filium Dei non tantum, ut mentes perterrefactæ teneant certam & firmam conſolationem, ſed etiam ut Chriſto debitus honos tribuatur.

Porro contra eos, qui contendunt contritionem eſſe bonum opus præcedens Fidem, ideoq́; neceſſarium ad iuſtificationem, ſed meritorium æternæ uitæ.

Primum id obſeruandum eſt contritionem non tam eſſe noſtrum opus, quam noſtram paßionem, qua concutimur & conterimur, ut ad contionem Petri legalem uos crucifixiſtis CHRISTVM Dominum &c. Compuncti ſunt corde Acto. 2. Item ad Stephani concionem, Cuius uos nunc proditores & homicidæ fuiſtis, diſcecabantur cordibus ſuis Acto. 6.

Nos ergo non poſſumus nos conterere ut docebant Monachi, ſed conterente Deo conterimur, & tamen adhuc non ſequitur remißio peccatorum ut Iudas eſt contritus & multi alij, adeo ut uitam alij laqueo alij gladio finire ſeu abrumpere non dubitarunt & tamen non ſunt iuſtificati in illa tanta contritione, qua maior eſſe non poteſt, non ergo ſequitur. EGO SVM CONTRITVS, ego ſum iuſtus. Item, uera contritio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

& Fides ſunt inſeparabilia, Ergo non ſola Fides iuſtificat, negatur conſequentia, qui nos paßiui tantum ſumus, nos nihil agimus ſed patimur. Dominus eſt qui mortificat per contritionem & uiuificat per Fidem. Ipſe conterit nos & non ipſi nos, ipſe efficit ut clamemus. O miſer ego quid faciam? quo nunc me uertam? ad quem confugiam? Hei mihi actum eſt. Ah mori exopto &c. Hic tandem accedit Fides, quæ arripit uerbum de Chriſto quod gratis, & indignos uelit iuſtificare & ſaluare. Ita ſola Fides iuſtificat, & non contritio ſeu dolor præcedens Fidem.

Præterea quantum ad neceßitatem contritionis attinet obſeruandum eſt multa, ad aliquam rem eſſe neceßaria, quæ tamen non ſunt eius rei cauſæ, Poſita cauſa neceſſaria ſequitur effectus, ſed poſita contritione, non ſequitur iuſtificatio.

Iudas fuit contritus, & haud dubie conſecutus fuiſſet remißionem, ſi contritio fuiſſet cauſa remißionis peccatorum. Item, Diaboli habuerunt contritionem, ſed tamen nullus ſequebatur effectus. Petrus quoque eſt contritus, ſed niſi CHRISTVS reſpexiſſet illum, manſißet in ſuo peccato.

Ergo contritio tametſi eſt neceſſaria, tamen non eſt cauſa iuſtificationis. Sed Spiritus ſanctus ubi

ubi uult ſpirat. Et Deus quos uult iuſtificat. Imo ſi contritio eſſet cauſa remiſſionis peccatorum, tunc eſſet de condigno & ceſſaret CHRISTVS, qui iuſtificat & uiuificat.

Cum igitur contritio non ſit tam noſtrum opus, quam opus Legis DEI in nobis requiritur quidem, ſed non eſt neceſſaria, neq; ad iuſtificationem, neque ad ſalutem, tanquam cauſa iuſtificationis & ſalutis aut meritoria &c.

Non enim omnis res, quæ præcedit Fidem, eſt cauſa Fidei & iuſtificationis, alioqui & nos ipſi eſſemus cauſa, imo etiam peccatum, quia nemo iuſtificatur, quum ſit peccator, & ſentiat ante peccatum,

Cæterum uerbum ipſum eſt cauſa Fidei, hoc eſt certum, uerbum non eſt opus noſtrum, ſed uirtus ſeu regnum Dei, efficax & potens in cordibus noſtris, auditus autem eſt paſſio & materia iuſtificationis. Fides ex auditu eſt, auditus autem per uerbum Chriſti.

Valeant igitur Papiſtæ, cum ſua contritione meritoria &c. cumq; ſua impoſſibili tam confeſſione quam ſatisfactione.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

QVID DE FIDE SENTIunt Papiſtæ.

Diuus Paulus ad Titum, Caput 1. ſcribit coinquinatis & infidelibus nihil eſſe mundum, id quod in Scholaſticis Theologis uerißimum eſſe comprobatur, ſicut enim in prima parte pœnitentiæ conſpurcarunt omnia ſuis operibus & meritis, ita ſecundam partem euertunt quoq; penitus, ut neque Fidem neq; Euangelium, neq; Chriſtum ipſum purum habeant, ſed inquinatæ ſunt eorum mentes & conſcientiæ.

Definiunt quidem ex 11. Cap. ad Ebræ. Fidem, quid nam ſit, ut Scripturæ pro ſe prætextam habere uideantur (ut eſt hæc mira Satanæ techna transfigurare ſe in angelum lucis & ſpeciem pietatis præ ſe ferre) ſed totam definitionem poſtea ſuis prauis expoſitionibus corrumpunt.

Primum enim ſtatuunt Fidem eſſe fundamentum & quaſi ſubſiſtentiam quandam ſalutis tantum, ſeu initium quoddam, unde quis fœliciter ſuam ſalutem auſpicetur. FIDES (inquiunt) eſt fundamentum ſubſtans ædificio ſpirituali.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Deinde uocant Fidem primum habitum uirtutum, quaſi ſit ex multis & crebris actionibus conflata & comparata, cui primas tribuunt inter tres uirtutes Theologicas ut uocant, & monſtroſas inter Fidem ſpem & charitatem differentias ponunt.

Tertio Fidem intelligunt Hiſtoricam tantum de rebus præteritis præſentibus & futuris, ut de creatione rerum, de reſurrectione mortuorum &c.

Quarto, mutant & uariant exemplo Prothei Fidem in mille formas ac figuras, nunc enim uocant eam informem, quæ tantum habet teſtimonia Scripturarum & miraculorum ſine charitate & cæteris uirtutibus, naturaliter acquiſitas ex crebris actionibus credendi, nunc infuſam, ut quæ ſit habitus à Deo ſuper naturaliter et immediate in anima creatus, nunc formatam ſcilicet charitate & cæteris uirtutibus adiunctis, nunc explicatam ſcilicet uniuerſalium propoſitionum in Theologia, nunc implicitam, ut particularium propoſitionum nunc uiuam mortuam, fictam &c.

Quinto, docent homines dubitare de remiſſione peccatorũ, & ut ſemper cum formidine credant,

hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

hoc eſt, ut neq; firmiter, neque certo ſtatuant ſibi remiſſa eſſe peccata, neſcit homo inquiunt, utrum odio an amore dignus ſit, hoc eſt, ut ipſi interpretantur, homo debet incertus eſſe & dubitare utrum ſit in gratia, nec utrum Deo placeat necne, Sic enim ſcribit Petrus Maluenda in ſuis propoſitionibus. Etſi certum ſit omnia peccata, quæ ullo unquam tempore remiſſa ſunt aut remittuntur per ſangumem propitiatoris remitti, tamen cum quis firmiter & certo ſtatuit ſibi remiſſa eſſe peccata, non habentes conditionis ſuæ & infirmitatis rationem, iudicio magis temerario, quam Scripturæ authoritati ducitur.

Docent & Louanienſes Theologi in ſuis propoſitionibus idem, Fides, inquiunt, qua quis firmiter credit & certo ſtatuit propter CHRISTVM ſibi remiſſa eſſe pecata, ſeq; poſſeſſurum uitam æternam, nullum habet in Scripturis teſtimonium, imo eiſdem aduerſatur. Ita docent, & Maluenda & Louanienſes Theologi. Chriſtianum oportere dubitare, nam ſit in ſtatu ſalutis, & pauidas mentes ac fugientes Deum, cum intuentur ſuam miſeram conditionem, inſtruunt ac informant ut maneant in dubitatione.

Sexto.

Sexto, ſimpliciter negant Papiſtæ ſola Fide iuſtificari homines coram Deo, quemadmodum in ſexto tridentinæ conſilio Synodo concludunt in hunc modum. Si quis dixerit, quod ſola Fides omnino ſine alijs operibus iuſtificet impium, quaſi nihil aliud ad hoc ex parte hominis requirat quam hoc, Anathema ſit.

Hæc & ſimilia de Fide, Scholaſtici Theologi nugantur, quæ quia detrahunt CHRISTO & conſcientias in dubitatione relinquunt adeoq; cum diuo Paulo, ſicut & cum tota ſacra Scriptura pugnant, neceſſario taxanda, repudianda & ſanis ſermonibus conuincenda & confutanda ſunt, modo ſani in Fide perſeuerare uelimus & Fidem ſynceram retinere.

Primum itaq; concedendum eſt hoc, Fidem eſſe quidem fundamentum reſpectu bonorum operum, extra locum iuſtificationis, ut bona opera ſint fructus ſuæ radicis, ſcilicet fidei, quæ efficax eſt per charitatem, id eſt, in charitate & bonis operibus oſtendit ſe uiuam & ueram Fidem eſſe, quam ſine operibus mortuam eſſe, Iacobus affirmat, & opera uiciſsim Deo ſine fide non placere teſtatur Epiſtola ad Ebræos Cap. undecimo ſine Fide impoſsibile eſt placere DEO. Hic Fides

eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

eſt omnium bonorum operum fundamentum, et ſi quis hic non ambulauerit per Fidem, ut Auguſtinus inquit, non perueniet ad ſpeciem beatæ uiſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed in loco Iuſtificationis, Fides non eſt fundamentum tantum, ſed eſt prora & puppis ſalutis noſtræ ſola ſine dignitate & meritis operum, ſolum Chriſtum reſpiciens & miſericordiam Dei pro ſuo fundamento, quod apprehendit & quo nititur habens.

Tomo. 10. ſermone 3. Folio 637.

In hoc foro ſcilicet, Fides non eſt fundamentum bonorum operum, quaſi bona opera concurrant ad noſtri iuſtificationem, ut ipſa non ſoli fidei, ſed etiam operum meritis adſcribatur, Sicut enim ſola differentia eſt, quæ meretur exitium æternum. Ita ſola eſt Fides quæ iuſtificat.

Primo, Quid meruit Dauid credens & dicens. Miſerere mei Deus &c.

Secundo, Quid Publicanus orans. Deus propitius eſto mihi miſero peccatori.

Tertio, Quid Abraham inuenit, ſecundum carnem, id eſt, ex ſuis uirtutibus & operibus. Credidit Abraham Deo?

Quarto. Quid Adam ipſe meruerat, ut aceiperet

ciperet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ciperet Euangelium gloriæ Dei? Semen mulieris, conteret caput ſerpentis.

Quinto, Quid latro in cruce meruerat, iam iuſte iudicio damnatus ad crucem? An non in cruce ſola fide iuſtificatus eſt? Idem de omnibus in Chriſto iuſtificatis ac iuſtificandis oportet ſentire, quod non Fide tanquam fundamento & operibus tanquam iuſtificatis, ſuper Fidei fundamentum ſint iuſtificati uel iuſtificandi, ſed ſola Fide, Gratis & abſq; operibus Legis, ut Paulus inquit, Quia iuſtus ex Fide ſua uiuit, & iuſtificati fide pacem habemus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Nec uult autor Epiſtolæ ad Ebræ. Cap. 11. definitione Fidei quod Fides ſit talis ſubſtantia operũ in loco iuſtificationis. Sed refert ὑποςάσιν. i. ſuſtentationem ſeu poſſeßionẽ ad res, quæ ſperantur & ἔλεγχος, id eſt, demonſtrationem ſeu certitudinem, ſeu certam fiduciam ad res, quæ non apparẽt, quaſi dicat habete patientiam in aduerſis. Mors uerſatur quidem ob oculos ueſtros, ſuſtentate uos fide, quæ credit uitam æternam. Vos eſtis obuoluti putredine carnis, Fides interim ueſtra nititur futura reſurrectione. Peccatum Habitat in uobis, Fides tamen pronunciat uos iuſtos. Obruimini infinitis miſerijs interim credite uos eſſe beatos. Eſuritis & ſititis, Fides interim credit promißoni omnium bonorum &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Ita Fides uocatur ſubſiſtentia, ſeu ſuſtentatio & poſſeßio rerum, quæ in ſpe adhuc ſunt poſitæ, & certa quædam demonſtratio ſeu euidentia, ſeu euidens certitudo rerum, quæ non dum apparet noſtris ſenſibus, ſed cum præſentibus pugnare uiderentur, niſi fides patientem conſolaretur ac ſuſtentaret, ijs bonis quæ non uidentur & quæ ſperantur tantum, ut etiam legis 2. Cor. 4. Dum non ſpectamus ea quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. Et Cap. 5. per Fidem ambulamus, & non per ſpeciem. Et Roma. 8. Si quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus.

Idem uult Epiſtola ad Hebre. uidelicet, quod Fides ſit certa quædam fiducia rerum quæ promiſſæ non uidentur adhuc, ſed ſaltem ſperantur. Ergo non uult id, quod Scholaſtici Theologi inde concludunt, nempe Fidem eſſe fundamentum tantum & initium iuſtificationis & ſalutis, quaſi deinde per opera charitatis abſoluantur.

Secundo. Quod Fides non ſit qualitas in nobis, nec habitus uirtutum uel primus uel ſecundus, ſed merum DEI donum ex auditu uerbi Chriſti proueniens. Id ſatis apparet ex ſuperioribus, quæ de tota pœnitentia cuius pars eſt Fides) dictaui,

nempe,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

nempe quod ſit donum Dei. Sæpe dictum eſt, Fidem ex auditu eſſe, auditum autem per uerbum Chriſti. Et Fides inquit Paulus, non eſt in ſapientia hominum ſed in uirtute Dei. Et Epiſtola ad Ebræ. inquit, Fidei autorem aſpiciamus & conſumatorem Ieſum. Ideo non tam noſtra quam Chriſti fides appellatur, ut ad Galat. 3. ex fide Ieſu Chriſti promiſſio datur credentibus. Et diuus Paulus in carne uiuens, dicit ſe uiuere in Fide filij Dei.

Porro ſi Fides fuiſſet in Paulo, uel qualitas uel habitus, non ita contra eam pugnaſſet ante conuerſionem quam poſtea tam fideliter prædicauit & ubiq; teſtatur eam à DEO donatam eſſe Gala. 3. Priusquam ueniret Fides ſub Lege cuſtodiebamur concluſi in eam Fidem, quæ reuelata erat, ubi Paulus Fidem ueniſſe & reuelatam eſſe dicit, Ergo non eſt domi noſtræ nata, neq; nobis congenita, neq; frequentibus credenti actionibus acquiſita Fides, ſed uerbo Dei reuelata ad nos uenit.

Ideo ad Epheſios ſcribit, Gratia eſtis ſaluati per Fidem, & hoc non ex uobis, DEI donum eſt &c. Et ad Philippenſes primo uobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum, ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Imo CHRISTVS ipſe, Fidem à Spiritu ſancto eſſe declarat, Iohan. 4. per metaphoram aquæ, qua Fidem intelligit, loquens ad mulierem Samaritanam, in hunc modum. *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam,* quod idem alijs uerbis à CHRISTO ſic effertur. *Qui credit in Filium habet uitam æternam,* hæ & multæ ſimiles ſententiæ deſtruunt hanc Scholaſticorum Theologorum opinionem, quod Fides ſit habitus, aut primus habitus uirtutum &c.

TERTIO.

Horrendum eſt apud Papiſtas Fidem ſignificare tantum Hiſtoriæ noticiam qualis eſt Dæmonium Fides, ut Iacobus inquit, Cap. ſecundo. Dæmones credunt & contremiſcnut, hoc eſt, norunt Filium DEI, & horribili metu iudicij impendentis cruciantur, ut Marc. primo. Satan in obſeſſo homine clamauit, Dicens. *Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene ueniſti, ad perdendum nos? Scio quod ſis ſancttus Dei.* Et Matt 9. uocant Chriſtum filium Dei. *Quid nobis inquiunt, & tibi Ieſu fili Dei, ueniſti huc ante tempus torquere nos.*

Talis fuit & Iudæ Fides ſcilicet Hiſtorica, ſeu generalis Fides, ut dicitur qua quis in gene-

re cre,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

re credit, aliquibus remitti peccata, ſed non ſibi.

Hæc non erigit mentem perterrefactam & fugientem Deum, ſed potius auget pauores & fremitum aduerſus Deum, ſicut Iudas & Diaboli eo magis iraſcuntur, quia ſciunt filium Dei iudicaturum eſſe & alijs interim remitti non ſibi. Norunt Fidei breuiarum, quod Symbolum nos uocamus.

Credunt, unum eſſe DEVM, credunt Filium DEI natum & paſſum.

Item, iudicaturum uiuos & mortuos, ſed hæc non pilo quidem emendatiores fiunt, quia non amplectuntur promiſſiones de CHRISTO, non credunt in Ieſum Chriſtum.

Sic neq; Papiſtæ cum de Fide agitur, cogitant de promiſſione & de mediatore Ieſu Chriſto filio Dei, ſed & promiſſiones & filius DEI illis prorſus ſepultus eſt, prorſus inanis & nullius uſus apud eos, dum ſe tantum ac ſuas uirtutes & dona, ut ipſi uocant infuſa conſiderant ac intuentur & ſtatuant quod propter illa ſunt iuſti & accepti DEO, & dare ipſis uitam æternam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Obſeruandum eſt itaq; quod Fide non tantum Hiſtoriæ noticia ſignificatur, qualis eſt in Diabolis, ſed etiam aſſenſus, quo promiſſioni creditur, ſeu fiducia miſericordiæ, quæ in promiſſione offertur. Et Paulus definit Fidem in Epiſtola ad Roma. 4. Cap. ubi iubet Fide accipi promiſſionem, iubet ut ſtatuas Deum uere uelle tibi ignoſcere, te recipere ac poſtulare ut hoc credas & hac Fide ipſum inuoces Chriſto mediatore ac interceſſore. Sicut recte Bernhardus dixit, Credas ea quæ ſunt in Symbolo uera eſſe? recte facis, ſed adde, ut credas etiam hoc, quod per Chriſtum tibi peccata donantur, hoc eſt, teſtimonium quod perhibet Spiritus ſanctus in corde tuo, dicens, dimiſſa ſunt tibi peccata tua, ſic enim arbitratur Apoſtolus. Gratis iuſtificari hominem per Fidem. Et Petrus Acto. 10. ſic inquit. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum, Iohan 1.

Nos igitur ex Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis, cum de Fide agimus, non conſideremus in nobis aliqua DEI dona, ſed intueamur promiſſiones DEI gratuitas, in quibus ipſius miſericordia erga nos lucet, & conſpicitur, nec permittamus ut Scholaſtici Theologi Fide ſua Hiſtorica de-

ca de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ea deleant præcipuum Articulum doctrinæ de Fide qua iubet DEVS, unumquemque agentem pœnitentiam ſtatuere ſibi ipſi uere remitti peccata propter mediatorem, non propter alias placationes. De hac enim Fide loquitur Paulus qua pœnitentiam agens ſibi ipſi remitti credit, cum ait, Iuſtificati Fide pacem habemus.

Quarto, Monſtroſas Fidei diſtinctiones & diuiſiones omitttamus, & unam Chriſtianam Fidem cum diuo Paulo, non ſolum amplectamur, ſed etiam oſculemur & mordicus retineamus, ea eſt, quæ ſolum CHRISTVM reſpicit, ea eſt, quæ DEI miſericordiam apprehendit, ea eſt, quæ nititur promiſſionibus DEI, Sicut Apoſtolus ad Roma. 4. coniungit Fidem & promiſſiones correlatiue, ſatis oſtendens, Fidem ſine promiſſionibus eſſe non poſſe, nec promiſſiones abſque Fide.

Cum itaq; Fides non ſit tantum Hiſtoriæ noticia, ſed etiam firmus aſſenſus promiſſionum diuinarum, de CHRISTO una & ipſa eſt Scholaſtica Theologica ſpeculatio de Fide informi, formata acquiſita &c. non enim intelligunt iuſtificationem, qua coram DED iuſtificamur, nec ſtatuunt hominem tunc primum eſſe acceptum DEO quando reconciliatus eſt ei per Chriſtum.

Ideo monſtroſas Fidei diuiſiones finxerunt, ſicut etiam in uocabulo Gratiæ cum Pelagio ludunt, fingentes gratiam gratis dantem & gratis datam.

Item, Gratiam præuenientem, præparantem, adiuuantem, operantem, cooperantem & gratum facientem, ſed ignorant gratiam & Fidem, nihil eſt illorum gratia, nihil Fides, neq; informis, neq; formata, nihil eſt infuſa more Papiſtico, nihil acquiſita.

Deniq; nihil eſt Fides explicita & implicita, niſi uana quædam opinio, & uaga humana animi cogitatio. Nam uera & Chriſtiana Fides eſt certa & conſtans fiducia DEI erga nos, in corde uiuens & efficaciter agens, qua conijcimus nos totos in DEVM & permittimus nos DEO, qua certo fieri non dubitamus milies oppetere mortem propter CHRISTVM, nihil enim reſpicit præter CHRISTVM uictorem peccati & mortis & largitorem iuſticiæ ſalutis & uitæ æternæ.

Fugiamus igitur has Fanaticorum hominum ſpinas & tenebras adeoq; uanas de gratia & Fide ſpeculationes, quæ ſunt in Eccleſiam ex neglecta Lectione Propheticorum & Apoſtolicorũ Scriptorum ad obſcurandam doctrinam de iuſti-

cia Fidei, & gratia inuectæ, & in uera doctri-na Filij DEI maneamus ac perſeueremus.

Quinto. Confutanda eſt Sophiſtarum & Monachorum pernitioſa doctrina de dubitatione, quod docuerunt & ſtatuerunt neminem certo ſcire poſſe (etiamſi pro uirili ſua bene operetur & inculpatè uiuat) utrum in gratia ſit, utrum conſequatur remiſsionem peccatorum, ſicut ſupra de Petri Maluendæ & Louonienſium propoſitionibus dictum eſt. Abſit, inquiunt, ut certo ſtatuamus quod ſimus in gratia, quod ſimus ſancti, quod habeamus Spiritum ſanctum, etiamſi ſanctè uiuamus & omnia faciamus.

Imo dicunt arrogantiam & magnam præſumptionem eſſe, certo ſtatuere ſe eſſe in gratia & humiliationem eſſe dubitare, an ſimus in gratia, & tunc DEVM miſericordem eſſe, & dare gratiam iuxta illud, ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Hæc impia opinio uulgatiſsima & receptiſſima, fuit principium & Articulus quidam Fidei in toto Papatu, quo doctrinam Fidei prorſus obruerunt. Fidem euerterunt & conſcientias

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

perturbarunt, Chriſtum ex Eccleſia ſuſtulerunt, Omnia beneficia & dona Spiritus ſancti obſcurarunt & abnegarunt, Verum cultum Dei abrogarunt. Idolatriam contemptum & blaſphemiam DEI in cordibus hominum exercerunt,

Imo doctrina præcipiens dubitationem aut adducit ad deſperationem, aut in ſecuris gignit Epicureum contemptum Dei. Nam qui de uoluntate Dei erga ſe dubitat, & non certo ſtatuit ſe eſſe in gratia, is non poteſt credere ſe habere remiſſionem peccatorum, ſe DEO curæ eſſe, ſe poſſe ſaluari &c.

Quomodo in morte ſe ſuſtentabunt iſti, qui de Fide nihil audiuerunt, qui putant dubitandum eſſe utrum conſequantur remiſſionem peccatorum nec ne? Quomodo inuocabunt Deum, cum ita cogitent. Neſcio quid agam, fortaſſe Deus me abiecit, nec reſpicit meas preces. Et ſic argumentantur.

Omnes conuiuas oporteat eſſe certos ſe inuitatos eſſe.

Sed nemo poteſt eſſe certus.

Ergo, Nemo certo ſtatuat ſe inuitatum eſſe.

Mino-

Minorem ſic probant. Neſcit homo utrum odio an amore dignus ſit Eccle. 9.

Hunc locum ex Eccleſiaſte deprauatum Sophiſtæ cum maximo ſcandalo inuexerunt in Eccleſiam & interfecerunt plurimas conſcientias, ut fuerit apud eos uere locus infernalis, uidelicet, quod homo deberet eſſe incertus, & dubitare utrum eſſet in gratia nec ne, ut cum omnia feciſſet aliquis etiam iuxta uerbum DEI, debere tamen eum dubitare & incertum eſſe docuerunt utrum Deo placeret nec ne.

Hæc eſt impia Diabolica ſententia, & ab ipſo Diabolo introducta in Eccleſiam, ut nocentiſſima peſtis & horrendum peccatum. Quicquid enim dubitans cogitat ne dum loquitur & operatur peccatum eſt. Quia omne quod non fit ex Fide, peccatum eſt, Qui heſitat inquit Iacobus, ſimilis eſt fluctui Maris, qui à uento mouetur & circumfertur, non ergo exiſtimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino, uir uacillans animo non poteſt ſubſiſtere in omnibus uijs ſuis.

Ideo oportet nos eſſe certos, & non dubitare, ſicut & petrus inquit. Certam facientes uocationem ueſtram, ſecunda Petri primo, ubi hortatur eos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

tur eos, ut Fidem ſuam probent, & certi fiant de Fide per bona opera, ſicut ex fructibus arbores cognoſcuntur.

Nos itaq; certo ſtatuamus omnia noſtra uere placere DEO, ac ſi ſonaret uox de Cœlo, ſimilis uoci Patris de Filio. HIC EST FILIVS MEVS &c. Nam quid aliud agit totum Euangelium, quam ut declaret nobis uoluntatem Patris & certos de miſericordia propter CHRISTVM, nos faciat.

Quantum ad locum, quem citant ex Eccle. Cap. 9. attinet, Salomon loquitur ibi de odio & amore hominum inter ſeipſos, Tanta eſt imbecillitas & calamitas huius uitæ, ut cui credas neſcias, utrum illi quos etiam putas fidos eſſe amicos ſint manſuri in amicitia an non, ut multi ſub initium huius Euangelicæ cauſæ fuerunt noſtri optimi amici, ſed poſtea facti ſunt infenſiſſimi hoſtes noſtri.

Ita eſt admodum miſerum habere bonos amicos, & ſæpe uidemus quoties nos fallunt & pro maximis beneficijs ſummam ingratitudinem, referunt, Ita locus Salomonis loquitur, non de conſcientia agente coram DEO, ſeu de fauore in iudicio DEI, ſed de iudicijs & uoluntatibus

homi

hominum inter ſeipſos. Quia ipſe Salomon ſubinde admonet ſe tantum dicere de ijs, quæ ſub ſole ſunt, & hoc loco taxat ingratitudinem hominum.

Nos autem qui uolumus eſſe Chriſtiani certos eſſe oportet de uoluntate DEI, quia CHRISTVS aperte dicit, Iohannes tertio. Sic DEVS dilexit mundum &c. & totum Euangelium nihil aliud agit, quam ut nos de uoluntate DEI certificet, ut ſecunda Paralipp. 20. Credite in DOMINVM DEVM ueſtrum & ſecuri eritis.

Et Roma. 9. Omnis qui credit in eum, non confundetur, Imo, qui non credit DEO, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatur DEVS de Filio ſuo. 1. Iohan. 5. Et ipſe Filius Dei nihil æque in ſuis exprobrat atq; dubiam illorum Fidem, & nihil æque comprobat atq; certam quorundam fiduciam, ut dum coorta tempeſtate Petrum arguit modicæ Fidei. Matthei 14. ſicut & reliquos Diſcipulos. Matth. 8. Quid timidi eſtis modicæ Fidei, quorum etiam alias dubitationem & in credulitatem exprobrauit ut Marci ultimo, & in alijs locis, ſicut & Reguli dubitationem reprehendit, niſi ſigna, Iohan. 4. Nec alia de cauſa Moſes abiectus eſt, ne dux eſſet populi Iſraelitici in terram Canaan. Quia non

credi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

credidiſti inquit, ut me glorificaris coram Filijs Iſrael, Nume. 20. Econtra Fidem Cananeæ mulieris, quam Chriſtus ter à ſe abegit. Matth. 15. Item Centurionis & ſimiliam Fidem commendauit & laudauit.

Ita ſemper fuit dubitatio & incredulitas à Chriſto improbata, Fides uero commendata tantum abeſt, ut uoluerit nos dubitare, cum Fidem ipſam ſerio poſtulet & iubeat, ut certo credamus, ſicut & diuus Paulus Fidem Abrahæ laudans, inquit, Roma. quarto, Non dubitauit diffidentia, ſed præter ſpem in ſpem credidit. Quod exemplum proponit at inculcat, ut nos quoq; amplecti promiſsionem & uincere dubitationes, quibus turbantur noſtræ mentes, doceat.

Si manendum eſt nobis in dubitatione, quid erunt hæc dicta? In te DOMINE ſperaui &c. Qui confidunt in DOMINO &c. Niſi inanes ſoni cum heſitantes nihil accipiamus à DOMINO. Quid opus eſt præcipere & urgere dubita- Iaco. 1. tionem cũ alioqui ſit originalis peccati fructus & illuſtre ſignum hominis naturã non eſſe integram, ſicut & carnalis ſecuritas & alij praui motus contrarij uerbo DEI, flammæque uicioſarum cupiditatum, ad quas ipſa corrupta natura, ſicut & ad dubi-

dubitationem per ſe ſatis inclinata eſt, Imo quibus repugnandum eſt, & gratiam & SPIRITVM SANCTVM excutiant & nos ſiamus rei æternæ iræ & mortis.

Propterea, ſi quis ſentit ſe dubitare, quod fit quotidie, ſine Diabolico Papiſtarum mandato, debet exercere Fidem luctari contra dubitationem & orare cum Apoſtolis, DOMINE adauge nobis Fidem, & cum patre Filij obſeßi dicentis. Adiuua incredulitatem meam, ut ſic perueniamus ad aliquam certitudinem, & ſuperata dubitatione creſcamus de Fide in Fidem. Lucæ 17. Marc. 9. Roma. 1.

Sed dicas quibus ſignis meipſum certiorem reddam, contra dubitationem, quod ſim in gratia.

Reſpondeo ſigna certitudinis, quod homo pius ſit in GRATIA, ſunt duplicia, interna & externa.

Interna ſigna ſunt, CHRISTVS ipſe, & Spiritus ſanctus, uidelicet, quod habes patrem propitium. In CHRISTVM enim credis, & totam fiduciam tuam, in eum collocas. Ergo ſi CHRISTVS placet Patri, ſtatuas & te placere Patri in Chriſto. dilexit nos in ipſo &c. Ephe. 1.

Item.

Item. Ipſe eſt ad dextram patris, & interpellat pro nobis. Roma. 8. Et gratia Deï abundat ſupra peccatum, id eſt, uberior & potentior eſt peccato. Et in Pſalm. Dominus paſcit me & nihil mihi deerit &c. Miſericordia & ueritas regnant ſuper nos in æternum.

Deinde credendo Spiritum habet, quem ex auditu Fidei conſecutus eſt ad Galat. 3. Nam Deus miſit Spiritum Filij ſui in corda noſtra clamantem Abba pater. Gala. 4. Et ipſe ſpiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod ſumus filij Dei. Si Filij Dei & hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes autem Chriſti. Chriſtus autem in ſuo ſpiritu certiſſimus eſt ſe placere Deo.

Quare & nos cum eundem ſpiritum Chriſti habeamus, debemus certi eſſe, nos eſſe in gratia, propter eum, qui certus eſt. Deus enim confirmat nos in Chriſtum, ungit nos, ſignat nos, dat pignus ſpiritus in cordibus noſtris, 2. Corinth. 1. & 5.

Externa uero ſigna ſunt, quod Baptiſatus es, quod ſanguine Chriſti mundatus es, quod uiuis in ſocietate Eccleſiæ, quod non ſolum amas puram uerbi doctrinam, ſed etiam uehementer gaudes eam propagari, & numerum credentium augeri. Econtra Fanaticos Spiritus odio habes, & liben-

ter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ter audis de Chriſto, doces, gratias agis, laudas, confiteris eum, cum diſpendio rerum tuarum & cum uitæ tuæ periculo. Deinde ſecundum uocationem pro uirili facis officium, in Fide & cum gaudio non delectaris peccatis, non erumpis in alienam uocationem, ſed tuæ propriæ ſeruis, adiuuas egentem fratrem, conſolaris triſtes &c. Vide hæc copioſius in Annotationibus Lutheri, ſuper quartum Caput Epiſtolæ ad Galatas.

Repugnandum eſt igitur dubitationi, cum ſit tantum, & tam nocens peccatum, ut abijciat promiſsiones & Deum facit mendacem, erigenda eſt Fides, quod uere uelit Deus propter Filium nos recipere & exaudire, Filius enim (ut Iohannes inquit) qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis: hoc eſt, ipſe attulit ex ſinu æterni patris claram et certam reconciliationis promiſsionem, ne dubitemus de reconciliatione, ſed ut conſcientia noſtra certam & firmam conſolationem habeat, quam cauſam & Paulus etiam inculcat.

Roma. 4. Ideo ex FIDE Gratis ut firma ſit promiſsio, GRATIS, id eſt, non propter dignitatem & meritum noſtrum, ſed propter FILIVM DEI. Si hæc excluſiua particula non eſſet addita, tunc habere poſſent aliquam con-

firman-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

ſirmandæ dubitationis occaſionem, quia tunc pendere iuſtificatio ex noſtris operibus & meritis, fieretq́; ſtatim incerta;ut merito de ea dubitaretur, ſed excluſa eſt etiam dubitatio per particulam gratis, ſicut & dignitas noſtrorum operum & meritorum.

Explodendus eſt igitur impius error Aduerſariorum, qui ignari Euangelij & tantum rationis humanæ iudicium ſequentes iubent dubitare & affingunt dubitationem, non eſſe peccatum, Sed certe peccatum eſt, non accipere promiſsionem, nec tribuere DEO promittenti laudem ueritatis, ut primo Iohannis quinto dicitur. Qui non credit Deo, mendacem facit eum, & ſumma blaſphemia eſt contemnere uocem, quæ de cœlo ſonuit, Hunc audite.

Sexto: Quod negant ſimpliciter Papiſtæ. SOLA FIDE IVSTIFICARI HOMINES CORAM DEO. ſicut ſupra poſitum eſt, blaſphemum illud Tridentini conſilij decretum in ſexta ſectione concluſum, Nucleus eſt traditionum humanarum pugnantium cum uero uerbo Dei. Si enim hic non fortiter pugnāt & negant profocis & aris, ualde culinis eorum officit, ne diu ſint animalia uentris in arundineto. Pſal. 68.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Sed nos articulum iuſtificationis ex gratia Dei tenentes, certo ſcimus nos ſola fide in Chriſtum iuſtificari. Primum enim ſola fides apprehendit miſericordiam Dei. Roma.3. Iuſtificamur Gratis &c. Nam fides & miſericordia Dei ſunt correlatiua, & perinde eſt dici, Fide nos iuſtificari atq; miſericordia Dei nos iuſtificari.

Deinde Fides apprehenſa miſericordia Dei propter Chriſtum, pugnat contra terrores peccati mortis & inferni quibus alioqui conſcientia hominis iuſtificati reuocaretur ad contemptum Dei, uel ad diffidentiam miſericordiæ Dei.

Tertio, defatigata fides in conflictu contra peccatum &c, neminem habet ad quem confugiat pro auxilio, præter Filium Dei ſummum uictorem & contritorem capitis ſerpentis. Hic et Fdes ipſa per Euangelium Chriſti confirmata Victoriam obtinet, ac interim pugnare non deſinit, ut eſt uita hominis militia ſuper terram. Nā ſine militia hac, Fides et Vera cognitio Dei quod ſit miſericors & propitius propter Filium retineri non poteſt. Circuit inquit Petrus, Diabolus &c, cui reſiſtite fortes in fide. Et Iohannes Victoria noſtra, Fides eſt. Et Paulus, 1. Ioan:4.
Iuſtificati fide, pacem habemus apud Deum, unde conſtat, Fide iuſtificatum hominem ex altera parte, id eſt, coram Deo pacem habere, quia in promiſſionibus Dei quieſcit, certus de remiſſione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

peccatorum iuſticia & uita æterna. Ex altera uero parte, id eſt, coram mundo & hoſtibus, bellum habere, quod ſemper cum eis geret, ac in acie ſtabit, donec uictoriam poſt uictoriam (Chriſto iuuante, qui dicit. ſine me nihil poteſtis facere) conſecuta fuerit. Ioan: 14.

Ita Abraham fide iuſtificatus, pacem habuit apud Deum, nihil heſitans ſed dans gloriam Deo certus de promißionibus, ſed interim bellum geſſit cum ſpe carnis, id eſt, cum deſperatione de corpore ſuo mortuo & mortua uulua Saræ, contra ſpem in ſpem credens ad Roma. 4. Ita fides Dauidis in perſecutione, pacem habuit cũ Deo, propter certitudinem Promißionum, ſed bellum interim geßit cum peccato, quo ſuaſerunt ei, quod interficeret Saulem, abſit, inquit, ut immittam manum meam in ſanctum Domini. Sic Fides latronis in Chriſto pacem habens, interim contra alterius latronis incredulitatem pugnauit. Fides Cananææ mulieris à Chriſto tentata præualuit ac uicit. Peccatricis fides à Phariſæo impugnata, perrupit. Ro: 4. Luc: 7.

Ex his patet ſolam Fidem adhærere Filio Dei, ſolam Fidem apprehendere miſericordiam Dei, ſola fide iuſtificari peccatorem coram Deo, ſola fide debellari terrores peccati mortis & inferni, Deniq; ſola fide Victoriam credentibus contingere propter Chriſtum. Hic Lex & o-

opera

opera, nihil habēt quod agant ſeu agere poßint manent enim in ſuo foro & in ſuis officijs, nec iuſtificant nec ſaluant ullum mortalem in conſpectu Dei. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificatur in conſpectu tuo omnis uiuens. Et Auguſt: inquit, Lex efficit ut timeamus Deum, Fides uero, ut confugiamus ad miſericordiam Dei. Pſal. 143.

Si clamant Paulum loqui de Fide quidem, ſed non de ſola fide, Confugiendum eſt ad Synonyma, quæ ponit Paulus ad Roma: 3. cap. ſcilicet particulam GRATIS, et alteram particulam, ABSQVE OPERIBVS LEGIS, quibus excluduntur à Iuſtificatione noſtra opera & merita, quid ergo reſtat, niſi ut ſoli fidei apprehendenti miſericordiam Dei iuſtificatio tribuatur. Sicut Diuus Ambroſius in Epiſtolam ad Roma. has particulas Gratis, abſq; operibus Legis, per ſolam Fidem, interpretatur ingeminans & affirmans aliquoties nos ſola Fide iuſtificari, ſic & alij ſancti Patres intelligunt Paulum de Fide loquentem. Ro: 3. & 4.

Si uociferantur, Fidem & Opera coniuncta eſſe nec ſeparari poſſe quin ſimul iuſtificent hominem in conſpectu Dei, facilis eſt reſponſio, uidelicet, quod Opera ſunt fructus Fidei fiuntque in iam fide iuſtificatis, ut Iuſtus iuſte operetur, & diſtinguendum eſt inter Perſonam & Opus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Opus certè nō gignit,neq; Perſonam neq; opera, ſed econtra Perſona gignit & facit Opus, et tamen ſunt coniuncta ſic,ut alterum ſine altero eſſe non poßit. Quia ſi eſt reuera bona perſona, nec eſt nec eſſe poßit otioſa. Quemadmodum uita ipſa etiam cum dormimus,tamen agit uel per ſomnia nunquam quieſcit.

Idem ergo eſt ſeparare fidem ab operibus,ac ſi quis uellet pulſum ab arterijs ſeiungere, ſi quis bonus eſt mouetur ſine intermißione, ſic ſi malus eſt, & tamen latißimè & longißimè ſeparanda ſunt in loco Iuſtificationis, ut cœlum & terra, Nam iuſtus in Theologia non fit iuſtè agendo, ſed iuſtus factus,iuſtè & bene operatur, ſic eſt & manet perſona iuſta ſancta & pia per ſolam miſericordiam Dei ſeu per ſolam fidem in Chriſtum antequam iuſte & piè bona operatur. Deus enim regenerat nos fide in uerbo & uſu Sacramentorum mediante Spiritu Sancto. Hanc perſonam ſic regeneratam in uerbo per fidem, ſequuntur poſtea bona opera,non cogente Lege, ſed ſpontè & ultrò, quia fides facit perſonam bonam,perſona facit opera,non opera fidem nec perſonam.

Et perſona fide iuſtificatur,non ex operibus,
Gal. 2. Nam ſi ex operibus iuſticia,fruſtra Chriſtus mortuus eſt. Item qui credit in filium habet uitam
Mar: 16. æternam. Ioan: 3. Et qui crediderit ſaluus erit,

Qui

Qui non crediderit condemnabitur. Hæ ſunt
clariſsimæ ſententiæ, quæ hoc confirmant,quod
per ſolam fidem in Chriſtũ iuſtificemur. Quod=
que diſtinctio ſit inter fidem & opera quantum
ad iuſtificationem attinet,ſint alioqui coniun=
ctiſsima,ſicut reuera ſunt, ut arbor & fructus,
uita & motus.

Si ſic obijciunt. Fides eſt efficax per chari Gal. 5.
tatem,Ergo non ſola fides,ſed opera iuſtificant.
Reſpondendum eſt. Antecedens nihil habet in=
commodi,neq̃; poteſt contra iuſticiam fidei,uel
ullo iure citari. Non enim Paulus dicit. Fides
per charitatem iuſtificat, ſed operatur,neq̃; di=
cit,quod charitas operatur,ſed fides ipſa inquit
efficax eſt ſiue potens per charitatem,ueluti in=
ſtrumentum.

Quis nunc dicat,quod operari ſit idem quod
iuſtificari,quodq̃; opera ſint idem, quod iuſticia,
cum inſtrumentum non habeat uim à ſe ipſo ſed
ab agente,ſicut ſerra noc fabrum trahit,ſed fa=
ber ſerram ſic de reliquis.

Præterea Paulus hic non loquitur, de iuſtifi=
catione,nam hunclocum ſuperius abſoluit,ſed de
uita Chriſtiani hominis, quam ſic deſcribit, In
Chriſto Ieſu, neq; circumciſio neq̃; præputium
quidquam ualet, ſed fides quæ operoſa eſt per
charitatem, Q. D. nulla opera, nullus cultus,
nullum prorſus uitæ genus quidquam ualet, ſed

fides tantum & ſola ualet, ſine omni fiducia operum. Eſt locus contra operarios ſeu iuſticiarios, in quo Paulus charitati ne opera quidem concedat, ne dum ei iuſtificationem tribuat, ſed opera fidei tantum tribuit, id quod patet ex conſtructione.

Si porro ſic argumentantur. Certitudo requiritur in iuſtificatione, Certitudo fit per opera. Ergo opera ſunt neceſſaria ad iuſtificationem. Et minorẽ probant ex Epiſt. 2. Pet. 1. Certã facite uocationẽ ueſtrã, ſcilicet, per bona opera.

Negetur conſequentia, nam aliud eſt iuſtificari, aliud poſtea fidem oſtendere & probare, ſeipſumq́; & alios certiores de fide & iuſtificatione reddere.

Deinde reſpondendum eſt ad minorem & ad locum Pet. quod bona opera certificant nos & teſtantur coram hominibus & fratribus, atq; etiam coram nobisipſis, quod uerè credimus & ſumus filij Dei & hæredes uitæ æternæ. Sic dicit Deus ad Abraham Gene. 22. Nunc cognoui & ſcio, quod timeas Deum, quaſi Deus antea neſcierit aut ignorauerit Abraham ſanctum eſſe & timere Deum. Et tamen angelus dicit, nunc cognoui quod timeas Deum. Sed hoc uult dicere. Tu Abraham iam certo ſcis apud temetipſum ex ipſo facto, quod uerè credas Deo, quodque ſis in gratiam acceptus. Ita fide exiſtens

apud

apud Deum ſit apud ſe, & in ſe certus et firmus, quod habeat fidem ueram, quia hæc eſt res operoſa efficax & uiuax in corde. Econtra, ſi quis ſcortatur, ſi ſit auarus, mœchus, potator, lurco, heluo &c. certum ſignum habet apud ſe in corde ſuo, cui ſigno aſſentitur cor, quod non credat, multo minus alijs ſe probare poßit quod ſit, pius, iuſtus, ſanctus ſeu fidelis, cum talia faciat, uel aſſentiatur talia facientibus. Ergo opera certificant, non tantum alios ſed etiam nos ipſos de noſtra fide. Ro. 1

Porro S. Martyres non ſubijſſent quoq; grauißima & durißima tormenta, crudelißimos & exquiſitos cruciatus & mortes, niſi certo cognouiſſent ac ſtatuiſſent apud ſeſe in animo ſe receptos in gratiam & uere credere. Et hodie nos confirmãt ſua paßione ac animoſos faciunt, ut contemnamus omnes minas, conſultationes tonitrua aduerſariorum noſtrorum, et non dubitemus eorum exemplo pro gloria Chriſti & ſalute Eccleſiæ maxima pericula & mortem etiam ſubire.

Si autem fides fuerit otioſa, non oſtendit ſe ut arbor bona fructibus, nec de ea certificatur aliquis an ſit electus, uocatus, iuſtificatus. Ita certificamur quidem operibus, ſed quia opera noſtra non ſunt Chriſtus, ſumme cauendum eſt, ne uel iuſtificationem uel ſalutem Chriſto & fidei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

detrahamus,et nobis noſtriſq; operibus aſſcribamus. Chriſtus enim pro nobis mortuus eſt & reſurrexit.

Si pergunt inferre, peccata redimuntur operibus, Ergo non ſola fide iuſtificamur. Antecedens ex 4. capite Daniel.probant. Redime peccata tua Eleemoſinis hic uide Apologiam & locos communes Phili. qui confutat etiam hoc argumentum, & ſic breuiter reſponde. Daniel loquitur de tota pœnitentia, de duplici iuſtificatione, quæ fit coram Deo & hominibus. Redime inquit peccata tua per iuſticiam, in caldæo enim eſt Zedacha id eſt iuſticia. Hic fides requiritur quaſi dicat ut habeas remiſsionem peccatorum, confugiendum eſt tibi ad iuſticiam Dei & ad fidem, qua ſola homines iuſtificantur coram Deo. Deinde redime etiam peccata tua per eleemoſinas, id eſt, largire eleemoſinas, ut poßis etiam deprecari crimen & temporalem pœnam, quam alioqui Deo daturus es, niſi proximum & pauperes offenſos mitigaueris, ut potius pro te quam contra te Deum orent. Offenſi debent placari, Deus eſt offenſus tua idolatria impietate & iniquitate: placabitur ergo per fidem & iuſticiam uenturi Meßiæ. Deinde pauperes offenſi ſunt tua tyrannide & impia coarctatione, quos non potes commodius placare quam ut beneuolentiam ac beneficentiam tuam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

am erga ipſos declares, præſtando eis eleemoſinam et ea, quæ diripuiſti reddendo. In ſumma, libera te non ſolum à peccato coram Deo per iuſticiam, uerum etiam à crimine & ſcandalo coram hominibus per eleemoſinam miſericordiam & liberalitatem, ut utroq; modo iuſtificeris, uidelicet in ſecunda parte pœnitẽtiæ per fidem et iuſticiam coram Deo, poſt ueram peccatorum agnitionem. Deinde in tertia quoq; parte pœnitentiæ per nouitatem uitæ coram hominibus, ut ſic tota pœnitentia tua tandem abſoluatur, Non igitur tandem hic eleemoſinæ requirendæ ſunt, ſed etiam fides ipſa quæ ſola iuſtificat coram Deo.

Si de operibus gratiæ, ſic inferre perſeuerent.

Opera gratiæ, ſi non fiunt in iuſtificatis impediunt uitam æternam. Ergo ſi fiunt impetrant uitam æternam. Antecedens probatur, quia opera gratiæ ſunt inchoatio uitæ æternæ. Reſpondendum eſt. Opera gratiæ ſunt inchoatio uitæ æternæ per accidens & non per ſe. Nam fides eſt primum & principaliter inchoatio uitæ æternæ, & quando opera non fiunt, tunc certum eſt fidem tibi non eſſe, quare fidei incarentia uitam æternam impedit & non opera

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

gratiæ, niſi per accidens, neq; conſequentia eſt bona, nam etiamſi impedirent opera uitam æternam, non ſequitur propterea, quod poßint impetrare uitam æternam. Ego multa frango quæ non poſſum reparare, ſed hæc eſt conſolatio, ſi quando impeditur uita æterna, reſtauratur denuo per fidem & pœnitentiam donec erimus in futura uita perfecti. Si pijs obijciunt exemplum Ezechiæ Regis 4. Reg. 20. & Eſa: 38. ubi ſic ægrotus orauit. Memento quæſo Domine, quod ambulauerim coram te in fide & integro corde, & quod fecerim quæ tibi placent. Vnde ſic argumentantur. Ezechias petit à Deo ſalutem & incolumitatem propter opera, Ergo non omnia gratis dantur: Antecedens ex textu probatur. Ezechias enim allegat Deo ſuam obedientiam et ſalutem quærit ex operibus. Reſpondendum eſt ad antecedens probationem, Textus hoc non habet quod ſit exauditus propter ſua opera & obedientiam, ſed fidem præmittit & cor integrum, quorum effectus ſunt bona opera. Nam ambulare in ſcripturis, non ſignificat tantum operari, ſed corde puro & ſyncero credere primum & deinde in uijs Domini uiuere. Complectitur enim totum curſum pij hominis. Sed hæc eſt quæſtio an liceat homini Chriſtiano gloriari, quod bene egerit, quod honeſtè & ſanctè uixerit, quod non deli-

querit

querit contra Dei præcepta & dicere. Domine Ieſu Chriſte, tu noſti quod recte uiuo ſecundum tua ſtatuta, quod in uijs tuis ſimplici & recto corde ambulo, quodq́; pro tua gloria & ſalute animarum pugno, contra Papam, qui peruerſiſſime & impijſſime contra te & tuum uerbum ambulat, & tuum ſacroſanctum nomen blaſphemat ac prophanat ſuis idolatrijs & abominationibus miſſarum &c. Reſpondendum eſt id licere Chriſtiano, & maximè Doctori Eccleſiæ, magiſtratui, nec non omnibus, qui tales functiones Eccleſiaſticas & Politicas habent, ut cũ aduerſarijs ueritatis agere & pugnare cogantur, ijs cum iuxta præſcriptum uerbum uiuunt, non tantum licet eis gloriari, quia oportet nos certos eſſe, quod ſumus in eo uitæ genere, quod ea docemus & agimus, quæ Deo propter Chriſtum placent. Ad hunc modum gloriatur Ezechias. Item & Dauid in Pſal. 7. Domine Deus meus, ſi feci hoc, ſi hæc iniquitas eſt in manibus meis &c, Et Samuel. 1. Sam. 12. En ego ſenex ſum & canus, cuius bonum accepi? cuius aſinum abſtuli, cui uim intuli? Debemus igitur & nos ita gloriari contra Diabolum carnem & aduerſarios noſtros, & interim tamen coram Deo nos deijcere & agnoſcere infirmitatem noſtram & omnium operum noſtrorum impuritatem, atq; confugere ad miſericordiam

Dei,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Dei, ueniamq́; precari, ſicut Ezechias paulo poſt cecinit in cantico ſuo, dicens, Quoniam abiecisti poſt tergum tuum omnia peccata mea, ſcilicet, ea remittendo:

Cum igitur ſic ſumus in miſericordia, ſeu ſub alis miſerentis Dei, poſſumus iure gloriari, & certo ſtatuere quod nos qui uerbum ducem ſequamur ac uerè ſancte (ſalua tamen oratione, qua ſi alicubi per imprudentiam & infirmitatem delinquimus culpam & pœnam deprecamur) pie ac iuſte uiuamus, reliquos uero, qui nõ ex præſcipto uerbi Dei uiuunt impie ac irreligioſe cum ignominijs nominis Dei uiuere. Inde eſt Pſal. 119. ſeu Octonarius Dauidis, ut uocant. Beati immaculati in uia.

Nam omnes propterea ſumus perfecti, immaculati, ſancti, puri quia ſumus in miſericordia Dei & ſub umbra alarum gallinæ noſtræ Chriſti, & quia ſumus initium nouæ creaturæ ſpemq́; uitæ æternæ habemus, hoc enim eſt gloriari in Domino, nec propterea per hoc iuſtificari. Sicut Paulus inquit. Nihil mihi conſcius ſum, in hoc non iuſtificatus ſum. Nam ſi Deus uellet amouere et ſubtrahere miſericordiam ac nos arguere, nonne de nobis actum eſſet ac omnes deſperaremus, amota enim miſericordia, nõ iuſtificatur omnis caro, nec reperitur quiſquam mundus.

Er-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Ergo recte fecit Ezechias, quia uixit ſecundum uerbum Dei & ſub umbra miſericordiæ ipſius in corde recto. Debemus igitur & nos idē facere, ut ſic certo ſtatuamus nos curæ Deo eſſe & cum magna fiducia (ſicut Ezechias fecit) in tempore neceßitatis dicere.

Domine Deus audi me, propter nomen ſanctum tuum, tuam cauſam ago, te docui Dominū Deum eſſe ſolum, nolui blaſphemare cum alijs &c

Quid de Chriſto ſentiunt Papiſtæ?

SVpra in ſecunda parte pœnitentiæ, uidelicet, in loco de fide, recitantur quædam beneficia & merita Chriſti quibus declaratus eſt ſaluator, mediator & redemtor noſter, quippe in quo ſolo ſalus noſtra tota eſſe comprobatur, quodq; totus Chriſtus à nobis ſola fide, queri & apprehendi debeat. Sed id totum in Papatu peruerſum eſt, & Chriſtus ſua gloria & ſuo honore debito ſpoliatus, uulneratus & ſemiuiuus relictus eſt. Verè enim in latrones incidit eo tempore, quo Romana Eccleſia poſtquam guſtaſſet donum cœleſte, particeps facta Spiritus Sancti bona Dei uerbo cum alijs Eccleſijs illuminata defecit iterum à fide prolapſa retrorſum, Heb. 6.
ut ſus lota ad uolutabrum ſæui, nam tunc iterum crucifigebat Chriſtum, habens eum oſtentui,

Imo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Imo uelut protheum quendam Chriſtum ipſum Romani pontifices cum ſuis ſcholaſticis Theologis in mille formas & figuras mutauerunt, nam quemadmodum Phariſæi Chriſtum fabri filium proclamauerunt, et Arrius, Manicheus cum alijs antiquis hæreticis, adeoq; noſtro ſeculo non tantum Anabaptiſtæ & Sacramentarij, ſed etiam Oſiandrini et Stancharitæ, Serueti phanatici homines imitatores, perſonam Chriſti proſcindentes, nunc ipſius diuinitatem, nunc humanitatem impugnauerunt. Ita Papiſtæ uocationem, officium & doctrinam Chriſti inſectati ſunt atq; etiamnunc inſectantur, habentes quidem, ut Paulus ait ſpeciem pietatis, ſed uirtutem eius abnegantes, Alij enim fingunt eum eſſe nouum legislatorem, alij peccati tantum originalis ſublatorem, Alij ſalutis noſtræ inchoatorem tantum, Alij mercatorem, Alij tyrannum, alij aliud, & nulli Chriſto, quod ipſius proprium eſt officium tribuentes in toto Papatu, ſed eum ut inſufficientem mediatorem, ſaluatorem, redemptorẽ habentes ad ſua propria opera & merita, quæ ſunt ex humanis traditionibus excogitata, conficta, confugiunt, in quibus etiam fruſtra ſalutem quærunt. Quanquam autem ipſa experientia teſtatur Chriſtum ita deformatum eſſe in Papatu, tamen ut in æternum confundatur factio papiſtica paucis oſtendam, qualis apud

eos

eos habitus eſt Chriſtus, atq; etiamnum habetur, & qualis interim & ſemper à uerè pijs haberi debet, ne quis in ueram petram temere & per imprudentiam ac inſipientiam prorſus impingat cadat & conferatur.

Primam quod Chriſtus ab eis nouus legiſlator habetur, lege Epiſtolam Eraſmi Roterodami præfixam nouo teſtamento, affirmat .n. ibi Chriſtum perfectiora præcepta docuiſſe quam ſunt ea quæ Moſes docuit ac promulgauit, nempe Decalogũ & hanc eſſe cauſam, quare de cœlo deſcendiſſet ac ſe renouatorẽ omnium profeſſus fuiſſet. Et ut eſſet diſcrimen inter Legem Moſi & nouas ac perfectiores Leges Chriſti, mutauerunt legis nomen in conſilia, quæ eſſent ipſa lege perfectiora, quæ perfectos redderent &c. ut ſupra 12. ea conſilia, quæ ſic uocant, ſunt enumerata.

Sed longe lateq; tales à ueritate diſcedunt, Chriſtus enim ſicut & Prophetæ, Moſen & Legem fideliter interpretatus eſt, ne litera Legis id eſt, opinio de externa legis diſciplina tandem ſeruanda multos occideret, qui propterea ad ſpiritum legem transferentur & Moſen recte perciperent, intelligerent, perterrefierent &c. & ad Euangelij doctrinam, quæ miſericordiam Dei propter Chriſtum proponit confugerent.

Ideo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Ideo Chriſtus pro parte uenit, ut eaſdem leges inde ab intio mundi traditas & per Moſen promulgatas repeteret, nec non homines ad agnitionem ſuorum peccatorum adduceret, in eum finem, ut fide miſericordiam Dei propter ipſum
Gal. 3. Chriſtum apprehenderet. Alioqui Chriſtus fu-
1. Tim. 1. iſſet Pædagogus & non Moſes Quomodo ergo
1. Co. 3. Chriſtus tunc finis legis diceretur? Quomodo miniſter uitæ cum lex ſit miniſterium mortis? Quomodo Ioannis Baptiſtæ teſtimonium conſtaret, Lex per Moſen data eſt. Gratia & ueritas
Matt. 11. per Ieſum Chriſtum facta eſt: Quomodo Lex & Prophetæ uſq; ad Iohannem ſi Chriſtus nouas
Ro. 3. leges condidiſſet? Quis tum ſciret diſcrimen Legis & Euangelij. Quis deniq; tum ad Chriſtum confugeret, ſi eſſet ſæuerus legislator & exactor? Imo Chriſtus ipſe diſcernit inter ſe & Moſen Io. 7. Moſes dedit uobis Legem & nemo ex uobis facit legem. Item Io. 8. Ego non iudico quenquam &c. Porro hic obijciunt id quod Chriſtus in cœna dixit. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos inuicem, ſicut dilexi uos. Item Io: 15. Hoc eſt præceptum meum ut diligatis uos inuicem, ſicut dilexi uos, ſed non propterea cenſendus eſt nouus legislator, Mandatum enim de diligendo Deo et proximo æternum eſt ac immutabile, ſicut omnia mandata dei ſunt immutabilia & talia, quorum ipſum pœ-
nitere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

non poſsit. Nam Deus hanc ſententiam Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c, & proximum ſicut teipſum, ſtatim ab initio reuelauit, impreſsit humanæ naturæ, uocali uerbo tradidit & toties repetita eſt in Prophetis. Sed Chriſtus ideo nouum, ideo ſuum præceptum uocat, non propter tempus quo præcipi cepit, ſed propterea quod non impleatur, niſi noui teſtamenti dono, ſcilicet, dato ſpiritu ſancto. Secundo ſic quoq; reſpondendum eſt, Nouum uocat, Q: D. non uſitatum modo, id eſt, non quia non Legem ipſam ſciant omnes homines, ut pote naturæ ſuæ impreſſam uocali uerbo traditam, toties repetitam &c, ſed quia nemo ignarus Euangelij, nemo non habens timorem Dei et fidem in Chriſtum, præſtat hanc legem de dilectione. Tertio, Legis exaggeratio eſt, de concordia ſeruanda. Vult enim Chriſtus in hac ultima & Teſtamenti concione gubernatores tam Eccleſiæ quam Politiæ concordes eſſe. Quare dilectionis præcepta tam diligenter inculcat, quaſi prorſus nouum contra odium quo gubernatores ſe inuicem proſequi cum ſummo religionis et politiæ detrimento ſolent, Dilectio autem proximo malum non operatur, ſed implet Legem & alia mandata in hoc uno de dilectione comprehenduntur. Matth. 22. ad Roma. 13.

Porro quod addit particulam, Sicut ego di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

lexi uos,exponit dilectionem quod non ſit ſimu-
Rom. 12. lata,ſed uera,& 1. Cor. 13. Nos igitur ſtatu-
amus Chriſtum non ueniſſe in mundum,tanquam
nouarũ legum conditorẽ,ſicut neq; uelit Legem
datam & promulgatam ſoluere, ſed eam adim-
plere (Matt. 5. Hoc eſt,non ſolum uenit eam
implere ſine transgreßione ſed etiam docere,
Rom. 3. exponere,inculcare,ſtabilire legem &c.

Deinde fingunt alij Chriſtum originalis tan-
tum peccati ſublatorem eſſe & hi toto cœlo er-
rant. Chriſtus enim pœnitentibus omnia pec-
cata remittit originale & actualia. Nam ſic
inquit ipſe Matth.. 11 Venite ad me omnes. Et
1. Io.1. Sanguis Ieſu Chriſti Filij Dei emundat
nos ab omni peccato,& paulo poſt emundat nos
ab omni iniquitate. Et capite 2. Ipſe eſt pro-
piciatio pro peccatis noſtris,& non tantum pro
Eſa. 53. noſtris,ſed etiam pro totius mundi. Deus enim
illi iniquitatem omnium noſtrum impoſuit,quia
ſolus eſt agnus Dei,qui tollit peccata mundi Io.
1. Quid plura? cum ingens teſtimoniorum cu-
mulus ſeu congeries ex ſcriptura ſacra colligi
poßit, quod Chriſtus morte ſua non originale
peccatum tantum abſtulerit, uidelicet, ut cre-
denti non imputetur, ſed etiam actualia quæ
ſunt fructus originalis peccati.

Quod autem obijciunt Pauli ſententiam ad
Roma. 3. Propter remißionem præcedentium
delicto-

delictorum, ſeu,ut alij transferunt propter remiſsionem peccatorum,quæ prius extiterunt,& inde diſputant Chriſtum tantum ſatisfeciſſe pro originali peccato. Item pro peccatis commiſsis ante ipſius paſsionem &c. facile confutari poteſt. Chriſtus enim non tam in arctum coactus eſt, ut in ueteri teſtamento redemtor tantum eſſe,aut uno ſingulari ſibiq; deſtinato tempore uel uni populo,uidelicet,Iudæis tantum &c. Nam conſtat eum eſſe mediatorem omnib. temporibus & pro omnibus omnium ætatum peccatis ſatisfeciſſe,ut ex Epiſtola Ioan. ſupra dictū eſt,non ſolum pro noſtris, ſed totius mundi peccatis. Et Paulus de fructu Chriſti mortis loquens ſcilicet,de remiſsione peccatorum,non dicit Chriſtum tantum pro præcedentibus peccatis,mortuum eſſe, nec deſcribit certum tempus remiſsionis, ſeu quo tempore fiat remiſsio peccatorum, ſed oſtendit omnes omnium ætatum homines,quales ſunt,uidelicet,peccatores,qui præſens uitium in natura, præſenſq; peccatum ſemper habent. Vult igitur Paulus hoc dicere,propter remiſsionem, non tantum præſentis uitij, quod hæret in natura,ſeu originalis peccati, ſed etiam præcedentium peccatorum, ſeu quæ prius extiterunt, id eſt,actualium peccatorum omnium temporum,ut hæc ſit ſumma huius ſententiæ Paulinæ, quod Deus oſtenderit iuſticiam ſuam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

in filio propter remiſsionem, tam actualiũ quam originalis peccati, nam omnibus omnium ætatum temporibus, utrumq; tolerauit Deus ad oſtenſionem iuſticiæ ſuæ, quæ fit eo tempore, quo fit remiſsio peccatorũ. Cũ igitur particula præcedentiũ peccatorũ, ad omnes, omnibus tẽporibus pertineat, nihil eſt, quod Papiſtæ redemtionem per Chriſtum factam, uel ad certum tempus alligare, uel originali peccato tantum applicare, uel deniq; rem ſanctiſsimam & toti mundo ſumme neceſſariam ac ſalutarem ita reſtringere & extenuare præſumant, ut audeant dicere Chriſtum pro originali tantum peccato ſatisfeciſſe, cum pro totius mundi peccatis ſit mediator, aduocatus, ſummus ſacerdos, reconciliator, ſanctificator, redemtor, iuſtificator, ſatisfactio & precium ſit ipſi Chriſto gratia & gloria inæternum amen.

Adhæc fingunt alij Chriſtum noſtræ ſalutis inchoatorem tantum eſſe, quod propemodum ad idem quod ſuperius eſt confutatum referatur.

Quemadmodum enim fidem putant initium quoddam ſalutis eſſe tantum, cum ſit reuera ſalutis noſtræ ſumma ſeu prora & puppis ut uocant. Ita fingunt Chriſtum eſſe quidem noſtrum propiciatorium, ſed quod ad principium & occaſionem merendi tantum attinet.

De in

Deinde nos noſtris uirtutibus ac meritis iuſtos eſſe & Deo placere, non ſecus atq; paterfamilias irato ſeruo ſuo rurſum placetur ab aliquo amico, hic amicus impetrat quidem ſeruo aditum ad Dominum ſuum & occaſionem bene ſeruiendi: Sed poſtea ſeruus ipſe placet Domino propter officia ſua propria, uerum amicus ille, nihil habet iam negotij. Ita quoq; ſepeliunt Chriſtum, nec docent eum uti mediatore. Nam de fiducia illa in Chriſtum, ne unum iota quiſquam inueniat in omnibus ſententiarijs, nuſquam docent opponere fiduciam Chriſti iræ ac iudicio Dei, nuſquam docent uti mediatore Chriſto, imo iubent etiam dubitare, utrum habeamus Deum propitium per fidem propter Chriſtum, ut ſupra dictum eſt, & cum plurimum tribuant Chriſto, dicunt eum meritum eſſe primam gratiam, hoc eſt, occaſionem merendi tantum. Perinde atq; Chriſti mors parum efficax fuerit ad præſtandam ſalutem citra adminiculum noſtræ iuſticiæ, non erubeſcunt has blaſphemas uoces edere. Noui patris beneficio mihi ſalutis uiam patefactam eſſe, noui Chriſti mortem crucem iniuriam &c. fuiſſe magnam occaſionem meæ ſalutis, ſed quo certior fiat mihi ſalus mea, neceſſe eſt, ut ipſemet addam pietatis officia, uitæq; innocentiam, quibus mea ſalus per Chriſtum inchoata perficiatur tandem & abſoluatur. Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

*tales Deo diffidunt & hoc derogant ipſius po-
tentiæ & bonitati, quod ſine noſtræ ſalutis præ-
ſidio certam ſalutem dare, nec poßit nec uelit,
non ſecus, atq; noſtris operibus indigeret. Sed
quod ſolus Chriſtus ſit unica noſtra ſalus, quodq;
totus Chriſtus ſit tota noſtra ſalus atq; nihil
prorſus curet etiam præſtantißima legis opera
ac uirtutes in cauſa ſalutis, ne dum ocioſas Pa-
piſtarum ferias, uigilias, preculas, frequentißima
ſacra, miſſationes, ueſtes pullas græceas almuta-
tis, raſa capita, lataſq; coronas & huiusmodi nu-*
Rom. 7. *gas, teſtantur hi ſcripturæ egregij loci, cum alijs*
1. Io: 2. *ſimilibus, quibus etiam hic error Papiſticus con-
futari & corrigi facile poßit. Quem propo-
ſuit Deus propiciatorium per fidem in ſanguine*
Ephe. 2. *ipſius &c. Ipſe eſt propiciatio pro peccatis
noſtris Deus qui diues eſt in miſericordia pro-
pter nimiam charitatem, qua dilexit nos cum
eſſemus mortui conuiuificauit nos in Chriſto, cui-
usgratia eſtis ſaluati, ut oſtenderet in ſeculis ſu-
peruenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ
in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Ioan. 3.
Sic Deus dilexit mundum &c. Ro. 5. Iuſtifi-
cati fide gratis per gratiam ipſius pacem habe-
mus ad Deum per Ieſum Chriſtum ad Tit. 1 Non
ex operibus iuſticiæ, quæ fecimus ſecundum ma-
gnam miſericordiam ſuam nos ſaluos fecit. Hæ
& ſimiles ſententiæ, ſatis docent non opus eſſe
noſtro-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

noſtrorum operum adminiculo, quando iuſtificemur coram Deo, nec uelle Chriſtum noſtra merita, noſtrum pannum menſtruatum (huic. n: Eſa. comparat noſtram iuſticiam cap. 36.) ſuæ gratuitæ bonitati commiſceri, cum uelit ipſe & unicus & ſolus agnoſci ſaluator noſter, tantum abeſt, ut quod ipſe tantum inchoaſſet, nos tamen abſolueremus.

Porro Monaſticus error de remiſsione culpæ & pœnæ quod uidelicet, Deus culpam tantum remittat, pœnam homines ipſi, uel ſuis operibus hic deleant, uel in purgatorio luant &c. eadem facilitate, qua ſuperius delirium confutari poteſt. Proinde ſtatuamus Chriſtum non eſſe propiciatorem inchoatiuum tantum, ſed etiam perfectiuum, quo ſemper uti debemus ut uero mediatore, de quo ſciendum eſt, quod certo habeamus remiſsionem peccatorum, imputationem iuſticiæ & uitam æternam fiducia ipſius. Nec opponi debent iræ ac iudicio Dei noſtræ uirtutes aut noſtra benefacta cum per eum habeamus acceſſum fide in gratiam hanc, id eſt, in gratuitam remiſsionem peccatorum, ſi ſic utamur Chriſto, ſi apprehendamus Chriſtum mediatorem. Præterea fingunt alij Chriſtum eſſe mercatorem, qui uendat nobis ſuæ mortis & paſsionis meritum & nihil erga nos gratis præſtare uelit. Sic enim ebuccinat in ſuis quindecim blaſphe-

mis de ſanctiſsima ut uocant miſſa Papiſtica con-
cionibus Michael ille ficticius Sydoniorum Epi-
ſcopus & Magontini Epiſcopi ſupra ganeos ſe-
orſim in prima concione. Chriſtus eſt quidem
mortuus pro peccatis totius mundi, nec non to-
tius generis humani propiciator & mediator.
Ioa. 1. Item 1. Io. 2. Sed hic labor hoc opus eſt,
poſſe unumquemq; ſibi mortem Chriſti diuerſis
modis ac medijs applicare. Nemo enim ſibi
perſuadere debet remiſsionem peccatorum gra-
tis uel dari uel applicari. Nam ita placuit Deo
per filij mortem exhibere quidem hominibus ſa-
lutem, ſed quiſq; primum fide. Deinde Sacra-
mentorum uſu. Poſtremo reliquis omnibus omni-
um bonorum operum exercitijs ſibi Chriſti paſsi
onem & mortem applicare ſtudeat. Hæc ab-
ominanda blaſphemus ille Sydonius amplificat
ſimilitudine ſeu collatione Sacramentorum, ſicut
inquit. Baptiſmus eſt carnalis cuius extremitas
protenditur in latus Chriſti uidelicet, ut inde
ſanguis Chriſti ſuper noſtros paruulos defluere
queat. Ita quoq; miſſa & iuge ſacrificium eſt
nobis adultis canalis, per quem Chriſti ſanguis
defluat ad nos. His ſtatim addit impius exer-
citia bonorum operum ut ipſe uocat, id eſt, non
tantū ipſius miſſæ, ſed etiā inuocationis mortu-
orum uitæ Monaſticæ, peregrinationum, indul-
gentiarum, ieiuniorum &c. quæ præter & ultra
fidem

fidem & Papiſticum Sacramentorum uſum erũt
applicationes meriti Chriſti ad nos modo ſalui
fiamus. Exemplum, do eleemoſinam, ut per hoc
opus applicem mihi miſericordiam Dei patris
et merita filij Dei, ſic etiam celebro, uel celebra-
ri facio miſſam, induo cuculum, ut per hæc ope-
ra ſeu (ut audent turpiter mentiri) per hæc
officia & exercitia pietatis mihi paßionis Chri
ſti meritum applicare poßim.

Hic & illud de eleemoſina nihil ualet. Ita eti
am de his ficticijs operibus prorſus nihil ualet,
ſed ſunt horrenda & blaſphema in Filium Dei,
Sunt contractus emptionis & uenditionis item
precia & cauponationes meriti Chriſti. Cape
ſimilitudinem. Agricola domi ſuæ frumenti
pondo ſuis laboribus & ſudoribus trituratum
& puluis excuſſum, Gratis ſcilicet ad ciuitatem
uehit, gratis offert & exhibet obuiam ei ueni-
enti, ita tamen ut ei tribus daleris tandem appli
cetur modo frumentum carere nolit, quaſi uero
gratis hic omnia fiunt, tametſi non dederit ciui
frumentum ſine precio ſic faciunt Papiſtæ Chri-
ſtum mercatorem, qui uendat ſuas merces homi-
nibus ſub applicationis operum prætextu. Sed
uide mihi, quæ nam abſurda tandem inde ſequan
tur, Primum omnes loci ſcripturæ, de filiati- Io. 1.
one, de cœleſti hæreditate, de gratia & donati- Ro. 6.
one uitæ æternæ, de gratuita remißione pecca- Ro. 3.

 torum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

catorum, de ueris fructibus paßionis & mortis
Chriſti, deq́; tota uera nec non analoga fidei ra-
tione noſtræ ſalutis deſtruuntur. Si debet ho-
rum omnium applicatio fieri per opera & ex-
ercitia noſtra, quia gratia iam non eſt gratia,
Ro. 4. *ſed merces & debitum. Deinde fieret incerta*
& 11. *noſtra ſalus, ſi penderet ex applicatione noſtro-*
Ro. 7. *rum operum & maneremus in peccatis, ſub qui-*
1. Co. 1. *bus uenundati ſumus. Poſtremo per hoc habe-*
Ro. 3. *ret omnis caro, quod gloriaretur in conſpectu*
Io. 6. *Dei, nec fieret totus mundus ſubditus Deo ſed ſi-*
Ro. 9. *cut perditio noſtra ita & ſalus noſtra ex nobis*
Lu. 18. *eſſet non ex Deo, nec pater nos traheret ad Chri*
ſtum, ſed opera noſtra, nec eſſet miſerentis Dei,
ſed uolentis & currentis hominis. Imo tunc
Phariſæus ille, qui ſpecioſißimorum ſuorum ope-
rum Chriſto catalogum recenſuit, deſcendiſſet
in domum ſuam iuſtificatus & non miſer ille pu
blicanus, nec latro in cruce fuiſſet ſaluatus &c.
Quid obſecro magis abſurdum dici poteſt? quid
magis blaſphemum contra Deum & Filium dei.
Quare ſumme neceſſarium eſt etiam hoc deli-
rium impium & abominabile ſanis ſermonibus
conuincere & confutare.

Primum confundit Papiſtas etiam hoc nomi-
ne Chriſtus Saluator noſter apud Eſaiam in mul
tis locis præſertim Cap. 55. cum inquit. Omnes
ſitientes uenite ad aquas, & qui non habetis ar-
gentum

gentũ properate emite et comedite,uenite emite abſq; argento & abſq; ulla cõmutatione uinũ et lac. Cur expenditis pecuniam pro eo quod cibus non eſt?et laborẽ ueſtrũ pro eo quod non ſatiat, quin potius mihi diligẽter auſcultate,ut comedatis bonũ et impinguedine oblectet ſe anima ueſtra nonne hic reijcit tales mercatores et cauponatores uerbi Dei & ſalutis æternæ,ſicut & in extremo die eoſdẽ eſt reiecturus,cũ enim obijciẽt ei ſua opera,Nonne in nomine tuo prophetauimus?dicat eis. Neſcio uos. Nec mirũ quia ſic apud Lu: inquit.Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt uobis dicite Serui inutiles ſumus,quod debuimus facere fecimus,tantũ abeſt, ut operib. applicemus ſalutem,audi Pau: ad. Ro. 3.Iuſtificamur gratis 2c.& 4.Iuſtificati fide pacẽ habemus et 6.Gratia Dei uita æterna per Chriſtũ Ieſum Dominũ noſtrum.Imo Chriſtus ipſe applicat nobis ſuã mortem & paſſionẽ in oratione ſua. Io 17. Sanctifico meipſum pro eis,ſanctifico,id eſt, ſegrego me ex toto genere humano,ut fiam Victima pro eis,id eſt,apoſtolis,et paulo poſt pro credituris per uerbũ eorum. Hic affirmat Chriſtus ualere ſuum ſacrificium , non tantum pro apoſtolis, ſed pro omnibus qui Euangelium amplectuntur, idq; fide , pro credituris inquit, id eſt, Ita uult tibi prodeſſe ſuum ſacrificium,ſi fide ſtatuas, huius ſacrificij fructum ad te pertinere,ue-

rè tibi placatum eſſe iram Dei, te uere recipi & exaudiri & ſaluari. Ideo Paulus inquit 2. Corint. 5. Obſecramus pro Chriſto, id eſt, loco Chriſti cuius legatione fungimur, Reconciliamini Deo, id eſt, credite, quod propter Chriſti mortem uobis placatus ſit Deus. Sed Sydonius hac uera huius ſententiæ interpretatione non contentus affinxit applicationes per miſſas & alia opera. Aduerſus quem errorem, diligentiſſimè muniendæ ſunt mentes & diſcenda eſt doctrina de fide, qua ſibi unumquemq; Deus uult ſuum ſacrificium, id eſt, ſuam mortem & paßionem applicare. Si uero fides infirmata fuerit, & imbecillis per carnem &c tum per Sacramenta ſanetur & confortetur, confortata paret fructus bona opera, quæ ſunt in Decalogo non in traditionibus humanis contenta.

Hæc igitur doctrina de applicatione per fidem & non per opera decalogi, ne dum per figmenta Papiſtica, ſemper in conſpectu ſit, & quotidie exerceatur in inuocatione in omnibus negocijs & periclis & Chriſtum non mercatorem, ſed hilarem datorem ſalutis eſſe ſtatuamus. Poſtremo Chriſtum alij fingunt tyrannum & ſæuum exactorem, ad quem ut placetur, opus ſit interceßionibus ſanctorum & alijs id genus mitigationibus, quibus ad miſericordiam flecta-

tur

tur, ut ipſe tandem ad Patrem pro nobis inter-
cedere dignetur. Egranus quidam filius Be-
lial & inimicus ueritatis in ualle Ioachimica
Papiſticus Doctor ante uiginti annos pro con-
tione dixiſſe fertur. Viderint Lutherani ne tam
magnopere Chriſtum prædicent, nec non uſq;
adeo extollant, ut ex eo faciant idolum. Quaſi
uero Chriſtus Dei filius noſter Dominus Media-
tor & liberator à nobis ſupra modum laudari
& glorificari poßit, cum ipſe Pater dixerit. Hic
eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complaci-
tum eſt. Item, glorificaui & glorificabo, ſed ti-
ment impij, ubi non eſt timor, & alij contra alios
timent. Hic Egranus offenſus eſt uilitate per-
ſonæ Chriſti, ſecundum ipſius humanitatem ſicut
Arrius, Seruetus & ſimiles. Sed hi qui Chriſtum
iratum, tyrannum & ſæuum iudicem fingunt, of-
fenduntur in ipſius iminentia & ſublimitate ſe-
cundum ipſius diuinitatem. Ex ijs fortaßis ſcri-
pturæ locis, quod Chriſtus exiſtens in carne, lo-
quutus fuerit interdum iuxta diuinitatem ſuam,
& duriuſcule compellauerit, nunc matrem, nunc Iohan. 2.
cognatos. Mar. 3. nunc diſcipulos, nunc tandem Matth. 16.
Phariſæos, quibus etiam aliquoties maledixit. Luc. 9.
Matth. 23. Iohan. 8. ſicut iniquos odio ſemper
habet donec reſipiſcant. Ex his forte mentiun-
tur Chriſtum talem etiam in cœlo fore contra
miſeros peccatores ad ipſius mortem & paßio-

nem fugientes, ut ijs nullas præbeat aures, niſi Apoſtolorum precibus, interceſsionibus ac meritis fuerit delinitus.

Et hunc ſuum errorem ſimilitudine craſſa ac multum diſsimili confirmat, uidelicet, ab huius mundi Principibus & Satrapis, ad quos nullis pateat acceſſus, niſi fiat per interceſſores ac mediatores, ad hoc uel precibus rogatos, uel pecunijs adductos uel ſubornatos. Ita fingunt non eſſe aditum ad Filium Dei euectum in ſublimi, niſi fiat per ſanctorum interceſsiones, per aliorum hominum ſuffragia, ſummiq; pontificis indulgentias & maxime per ipſius matrem ut nil habeamus ex Deo niſi per manus Mariæ tranſierit, ſicut impie ſcribit Holkoth de ſancto uictore, inde eſt, quod unicuiq; papiſtarum in priuata & auriculari confeſsione ſuus angelus apoſtolus & patronus deſtinaretur. In cuius profeſto ieiunaret & ipſo die feriaretur. Huc impiæ collectæ, quæ dicebantur in Miſſa Papiſtica de ſanctorum patrocinijs meritis ac interceſſionibus referentur. Huc plures id genus abominationes, ut roſaria, quibus gradus aliquot (quemadmodum in extructione turris Babel factum eſt Gen. 11) in cœlum adornauerunt et hinc ex purgatorio per angelos, qui roſaria deferrent ad diuam uirginem, Diua uirgo conſequenter ad filium, filius ad Patrem, & ſic tandem nos

exau-

exaudiremur hic in terris & animæ multorum ex ficto purgatorio liberarentur. Huc abominabilis miſſa papiſtica cum impio ſuo Canone uiuorumq́; & mortuorum commemoratione. huc horribilis pictura iudicij, in quo Chriſtus ſuper arcum ſedens gladio minatur peccatoribus interitum cui mater oſtendit ubera. Iohannes uero baptiſta ſuam auſteram uitam in pilis Camelorum & Zona pellicia, donec inde tandem mitigetur filius Dei, donec incipiat & ipſe mediatorem ad patrem agere matris & ſanctorum precibus ac meritis adactus & compulſus. Hic allegant diui Bernhardi dictum, haud dubiè ſuppoſititium in hunc modum. Securum acceſſum habes o homo ad Deum, ubi habes filium mediatorem & matrem mediatricem. Filius oſtendit patri latus & uulnera. Mater oſtendit filio pectus & ubera, ibi nulla poteſt eſſe repulſa, ut tot accurrunt amoris inſignia. Chriſtus ergo optimus aduocatus eſt, qui tot habet linguas (ſcilicet. ſanctorum intercedentium) pro nobis loquentes quot pro nobis uulnera accepit, Hæc Bernhardus, ſcilicet, O blaſphemos animos in inexhauſtam gratuitamq́; Chriſti beneficentiam, quæ enim omnium hominum iuſticia & quod meritum ut Chriſtum delineat? Qui ut gratuito promiſit ſalutem, ita eam dedit. Nam ipſe ſuapte natura nihil eſt aliud, quam

boni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

bonitas,pax,miſericordia & iuſticia, neq; alius
eſſe poteſt, quam lenis,pientißimus atq; fidelis,
niſi ijs,qui illius bonitati parum fidunt quando
neminem ille ſit aſpernatus unquam,nec crudelis
animus ipſi acceßiſſet,poſtquam cum inimici eſ-
ſemus Deo per mortem ſuam reconciliauit &
apud Ier. 30.capite dixerat. In charitate per-
petua dilexi te,ideo attraxi te miſerans. Et Io.
3. Sic Deus dilexit mundum &c. Item in Pſa.
40. & ad Heb. 10. in capite libri ſcriptũ eſt
de me,ut facerem uoluntatem tuam Deus meus
[illegible] & lex tua in medio cordis mei. Et paulo
ante cum aliorum ſacrificium & oblationem
uolueris aures aperuiſti mihi, corpus adoptaſti
mihi,tum dixi. Ecce uenio Et Pſal. 16. Omnis
uoluntas mea in eis, id eſt, hæc patior propter
ſanctos in terra quos ego uere diligo. Porro
de Patre dicit. Io. 16. Pater amat uos, ille
amor in uoluntate patris eſt uerus & non ſimu-
latus amor, & cum miſerit filium propter nos,
ut aſſumeret humanam naturam & fieret Vi-
ctima,noſq; propter eum diligamur neceſſe eſt,
uerum & ingentem amorem eſſe tam patris
quam filij erga nos, cuius magnitudinem nulla
creatura ſatis eloqui poteſt. Si Deus pro nobis,
quis contra nos,qui proprio filio ſuo non peper-
cit,ſed pro nobis omnibus tradidit illũ,quomodo
non omnia,cũ illo nobis donauit? quæ omnia li-
bertatem

bertatem uita,ſalutem,regnum deniq; quæcunq;
ſunt Chriſti mox & noſtra ſunt,quando & ipſe
noſter eſt,nobis enim datus,natus, impenſus, ob-
latus,qua oblatione longe precioſißima ille nos
è peccati tyrannide tranſtulit in cœleſte regnũ
idq; gratuita ſua beneficentia. Sicut enim Pater
mira & inaudita erga nos charitate propenſus
nos adamauit,ut reuocandis ad uitam filium ſu-
um nobis impenderit. Ita filius ſua morte no-
bis uitam aſſeruit uindicatoſq; à mortis tyran-
nide euexit ad immortalitatem? Sunt ne hæc ?
diuini erga nos amoris argumenta euidentißima
quomodo ergo tyrannizet Chriſtus in electos,
quos apud Eſa:pueros ſuos uocat, dicens, Ecce Eſa. 8.
ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Quo- Heb. 2.
modo in filios quibus dedit poteſtatem filios Dei
fieri. Quo modo deniq; in fratres tyrannidem
exerceret, de quibus in Pſalmo 22. Sic patri Io. 1.
promittit,Narrrabo nomen tuum fratribus meis
& ad Magdalenam ait. Vade & dic fratribus
meis &c. Quem unquam ad ſe uenientem reije-
cit Chriſtus, an Cananæam? an peccatricem il-
lam, an adulteram. Ioan. 8. an publicanos &
peccatores,an latronem &c.Imo uocauit omnes
ad ſe, Venite ad me omnes &c. Ita in cœlum Matt. 11.
aſcendit,non ut tyrannum illic ageret,ſed ut pa
raret nobis locum,ut intercederet pro nobis ad
dexteram patris. Deniq; ut diceret nobis ali-

quando

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

quando. Venite benedicti patris mei &c.

Erubeſcant igitur & confundantur omnes, qui non audēt cum fiducia accedere ad thronum Chriſti, quim ad alios pro patrocinio & interceßione confugiant, nam cum nulla ſit condem-
Heb. 2. natio his, qui inſiti ſunt in Chriſto Ieſu. Qui participauit carni & ſanguini puerorum, ut per mortem aboleret eum, qui haberet mortis imperium, id eſt, Diabolum & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant ſeruituti.

Habetis quid de Chriſto ſentiunt Papiſtæ, præſertim in loco pœnitentiæ & Iuſtificationis, Quomodo uidelicet, eis eſt legislator originalis tantum peccati ſublator, ſalutis tantum inchoator mercator & tyrannus, Nobis uero totalis ſaluator mediator iuſtificator &c.

Hactenus id quod Papiſtæ ſentiunt de peccato, lege, contritione, fide & Chriſto, confutatum eſt, ut nullo modo locum pœnitentiæ & iuſtificationis, uel ab eis tolli uel labefactari et obſcurari ſinamus. Deus opt: max: addat ſuam gratiam per Ieſum Chriſtum Amen.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1259 8°